PINDARI
OPERA

55
H
78

ΤΑ ΤΟΥ

ΠΙΝΔΑΡΟΥ

ΟΛΥΜΠΙΑ, ΠΥΘΙΑ, ΝΕΜΕΑ, ΙΣΘΜΙΑ

PINDARI

OLYMPIA, PYTHIA, NEMEA, ISTHMIA

LATINIS TRANSLATA CARMINIBUS ET ILLUSTRATA

A JOANNE COSTA

GRÆCÆ ET LATINÆ LITTERATURÆ IN SEMINARIO PATAVINO
PROFESSORE EMERITO ET REGIÆ ACADEMIÆ SOCIO.

TOMUS I.

BIBLIOTECA NAZIONALE DI NAPOLI

PATAVII
TYPIS SEMINARII
MDCCCVIII.

Digitized by Google

Digitized by Google

ILLUSTRISSIMO AC REVERENDISSIMO

FRANCISCO SCIPIONI DE DONDIS AB HOROLOGIO

EPISCOPO PATAVINO

ET FERREÆ CORONÆ EQUITI

CUM PRIMUM CATHEDRALIS ECCLESIÆ REGIMEN SUSCIPERET,

ODE.

Cui dedicatum, Mens mea, Nomini
Opus laboris Pindarici voles?
Antistitis nostri triumphet
Grajugenum Fidicen sub umbra.

Nam cui Patrono lætius vextera
In veste possit, quam Tibi sistier,
Francisce, ab illustri Poeta
Sede tui veniens Lycei?

Digitized by Google

Olim Sicani Regis in hospita
Qui risit aula grandiloqui pater
Cantus, vetustas DONDIORUM
Nunc hilaret peregrinus Ædes.

O ille diam vivus adhuc meis
Afflaret auram sensibus in sacri
Festo Diei, quo piorum
Pontificum serie verendam

Scandis Cathedram gemmifero nitens
Decore Mitræ, Sidus uti, tuæ
Quod mane primo portat Urbi
Lætitiam, recreatque visus!

Quæ tum Pelasgo concitus impete
Tibi moverem carmina gaudio
Gliscente, et exsultantis altos
Euganeæ resonante plausus!

En Dignitatis magnifico tuæ
Splendore captus tollor in atria
Pastoris æterni, tuumque
Nomen ibi, superasque cerno

Digitized by Google

Micare Dotes. Mens videt, et gravem
Stupet sagacis vim Sapientiæ,
Gregisque curam providenti
Consilio, studiisque Recti

Ubique fusam; largifluæ aspicit
Deprompta egenis munera dexteræ,
Et usque præsens luctuosis
Virginibus, viduisque lumen;

Et illa læto volvit ovans sinu,
Quæ sacra cæcis e tenebris catus
Lucis vocasti fulgurantes
Historiæ monumenta in oras.

O alme Pastor, qua sub imagine,
Qualique laudis Te referam sono?
Vas aureum dicam, quod alto
Irradiant pretio lapilli,

Vel Pacis arcum, quem pluvio explicat
In rore nubis gloria gentibus,
Vel Tus vaporatum per aras
Dulce Deo redolens odorem.

Digitized by Google

Dicam tot annos, ceu foret is tuus;
Pavisse vastum Te Patavi gregem
Amore, quo gaudet fidelis
Pascere oves, dominusque Pastor,

PIUMQUE digno post Cyprium Tibi
Dedisse fulgens in Patria Decus,
Ut optimi aspectu beato
Patria se saturet Parentis.

Salve inclytorum gloria Præsulum,
Clarique præstans Gregorii æmule!
Salve Juventutis perenne
Præsidium columenque morum,

Et Litterarum fautor, et Hortuli
Sol nostri, amico qui teneras foves
Calore Plantas, suscitasque
Omnigeni nova dona fructus!

In Obsequii, et Observantiæ argumentum
Seminarium Patavinum.

Digitized by Google

LECTORI BENEVOLO

JOANNES COSTA

F.

PINDARUS Diophantis filius natus Thebis in Bœotia anno primo Olympiadis sexagesimæ quintæ quingentos circiter annos ante Christi adventum multa scripsit cum soluta, tum ligata numeris oratione. Sed omnia ejus scripta pretiosissima, præter Odas, quibus Athletas in solemnibus Græciæ Ludis Victores celebrat, summo cum damno litterariæ rei injuria temporum periere. Odarum igitur illustrationem cum poetica versione et analysi tibi, candide Lector, sisto, si minus latine comptam et elegantem, inhærentem certe Poetæ sensibus, nec quicquam prætereuntem eorum, quibus ille pingit, animat et incendit omnia vulgares regulas prætergressus. Cur vero Pindarum homo Italus non itala, sed latina lingua canentem produxerim, duæ potissimum fuere causæ. Una, quod latina lingua, quæ sonora, pressa et efficax est, multo mihi accommodatior, quam itala, ad dialecti Doricæ magniloquentiam exprimendam visa

est ; altera , quod Poeta e cive Græco latinus factus per linguam ubique cognitam latius posset innotescere. Doctissimorum etiam virorum auctoritas non minimo ad id faciendum incitamento mihi fuit, et latina Odarum Pindari versio a Nicolao Sudorio illustri olim in Parisiensi curia Præside Horatianis metris concinnata solerter, et Parisiis decimo sexto sæculo in lucem edita persuasit omnino, ut honesta æmulatione novam alteram, minus tamen laxam et liberam, eodem carminum genere tentare auderem. Linguæ Græcæ nativam indolem a Grammatico postulatam, quam in optima Pindarici textus interpretatione a clarissimo Christiano Gottlob Heynio novissime elaborata, tibique a me posita ante oculos facile potes intueri, ne expectes a me, cui propositum fuit exhibere, qua majore industria possem, poesim Pindari, non linguam Græcam docere. Converti itaque ejus Odas, non ut interpres, sed ut Poeta, qui, neque servili et exacta ad litteram imitatione offenderet legentium mentes, neque nimis fuso quasique diluto versu sententiarum vim et imaginum enervaret. Obscuris porro lucem dare, conjungere dissita inter se, digressionum convenientiam ostendere, patefacere argumenti unitatem in multiplici et implexa rerum

Digitized by Google

varietate latentem, et singulis Odis velut prospectum quendam complectentem summatim omnia præponere summo studio curavi. Consului propterea clariores Pindari interpretes, Heynium in primis, et inde legi quæ ad rem facerent, monumenta Scholiorum perlustravi, et fabulas, statum Græciæ et gloriam illorum temporum consideravi, eumque semper animorum motum in oculis habui, quo prodituri in certamen agitabantur Athletæ, quo poetæ æstuabant in Victorum laudibus, quo Græci demum omnes efferebantur spectaturi ludos Heroumque virtutes. Cum autem celeberrimi illi Græcorum ludi levia nobis et barbara rudimenta belli parum admodum hac ætate nos afficiant, et poesis Pindari a nonnullis obscura, dissoluta et audax nimium putetur esse, atque externa magis, quam argumenti propria invitante œstro sectari, duas ideo statui in fronte Operis Lucubrationes ponere, quarum prima Ludorum institutionem sapientiæ plenam, Reique publicæ valde utilem apud Græcos fuisse monstrabit, Poetam altera ab injusta vindicabit censura, servatumque ei semper ostendet in falso credita aberratione Propositum. Virtutes vero singulas, quibus ille maxime inter omnes eminet, in ipsa Odarum explanatione suis locis tibi cogno-

Digitized by Google

scendas dabo. Plura persequi non est necesse, nihilque restat aliud, nisi ut ea, quæ mihi hactenus agenda proposui, amico vultu aspicias, tuaque me, benigne Lector, humanitate in abstrusi Poetæ adyta ingressurum confirmes, ne rerum difficultate deterritus deficiam animo, tuamque frustrer expectationem. Vale, meosque labores patrocinio tuo fove.

LUCUBRATIO I.

QUID SPECTAVERINT GRÆCI IN GYMNICORUM INSTITUTIONE LUDORUM.

GRAVES profecto Græcis fuisse causas credendum est, cur Gymnicos Olympiæ, Pythus, Nemeæ, et Isthmi instituerent, tantoque haberent in pretio Ludos; nec cæcus impetus dici potest Athletarum ex omnibus undique locis concurrentium ardor, nec universæ Nationis ibi in unum ad spectandum congregatæ stulta et insolens admiratio. Nam ego quidem in illis certaminibus apertam fuisse quasi scholam quandam existimo, in qua Græci adolescentes ad religionem, ad virtutem, ad gloriam concordiamque communem, quæ vera ac solida optime constituti regiminis, et publicæ felicitatis fundamenta sunt, strenue ac fortiter exercerentur. Ac primo statim, quod attinet ad religionem, ita apte congruenterque a sapientissimis ludorum auctoribus comparata erant omnia, ut ejus acrem in omnium animis amorem accenderent, justamque ipsi undecumque conciliarent venerationem. Non enim erant illi ludi speciosa, inania et profana spectacula, quæ frivola jucunditate pascerent oculos, populumque assiduis fatigatum laboribus recrearent; sed actus erant religiosi, et splendida Festa, quibus Græci Deos suos, et Semideos pie sancteque honorabant. En sacra origo certaminum.

Hercules Alcmenæ filius, debellato occisoque ob negatam sibi mercedem perjuro Augia, hostis spolia in Elide Jovi patri obtulit, grati animi monumenta, ludos publicos honori ejus juxtà Olympiam instituit, arenam cinxit augusto Luco, sacellum addidit, et duodecim Diis sex rite consecravit aras, primam Jovi et

Neptuno, Junoni secundam et Minervæ, tertiam Mercurio et Apollini, quartam Gratiis et Baccho, Dianæ quintam et Alpheo, sextam demum Saturno ac Rheæ, omnesque pulchris et elegantibus exornavit statuis. Voluit etiam, providoque consilio jussit, ut statuta ludorum celebratio a sacrificiis, oblatisque munetibus initium sumeret, et cantus inter, ac sonos hymnosque immortalium simul Numinum, Victorumque gloriam altis laudibus celebrantes solemni ad vesperam clauderetur convivio. Nihil jucundius et opportunius Græcis maxime superstitiosis hominibus, et summo belli amore captis proponi ab Hercule potuit. Instituto illi pio assensere omnes Græciæ populi, et Jovi singulare obsequii pignus dare et ipsi volentes superbissimum in Olympia conjunctis studiis et opibus erexere Templum una cum Numinis simulacro, quod Phidias ex ebore fecit cunctis gentibus admirandum.

Non minus venerandi tamen, licet minus celebres, fuere Delphis aperti ludi. Quisquis fuerit eorum Auctor, de quo alii aliter Scriptores sentiunt inter se discordes, illud liquido constat certumque est, fuisse Apollini consecratos in memoriam Pythonis ab eo sagittis confixi et extincti, Pythiosque a tremendi illius perniciosique monstri nomine appellatos. Pythiadis primæ Festa honestarunt præsentia sua Parnasi Musæ, et Apollinem principem suum large effusis cumularunt donis, primumque illius Palæstræ non homines, sed Dii subiere certamen. Vetus siquidem et constans fama refert, ea ætate Castorem stadio, Pollucem pugilatu, cursu simplici Calaim, armato Zetem, Peleum disco, Telamonem lucta, et Herculem pancratio vicisse.

In Nemeæa vero regione, quæ nomen cepit a Nemea Asopi filia, vel a Silva cognomine, ut alii putant, clari habebantur ludi Opheltæ, sive Archemoro Lycurgi filio dicati. Puer ille a nutrice Hypsipyle solus humi relictus, et a serpente, dum ipsa prope Thebas Argivis ducibus siti enectis monstratum ibat aquam, necatus institutioni causam dedit. Commoti siquidem bellatores re-

repentino casu ad leniendum constetnatæ dolorem feminæ funebrem statim indixerunt Agona, qui letho sublati infantis, interque ordines Deorum Manium adscripti memoriam apud posteros æternaret. Præerant ludicro, et sedebant Judices mœsto vultu, incomptis crinibus, nigraque veste spectandi, ut ejus a luctu ortam indicarent originem. Corona ex Apio, quod eam herbam ex pueri sanguine a dracone occisi natam credetent, Victoribus præmium erat, caducæ signum lætitiæ. Sed tali justoque Festo novum postea religionis decus adjecit Hercules Nemeæo Jovi dedicans ob insignem victoriam illam, quam ejus ope ex horrido indomitoque Leone in silva Nemeæ reportaverat. Hinc Numen idem Nemeæum, ut Pausanias narrat, ministro peculiari electo, qui sacra faceret, Argivi venerabantur populi, ejusque gloriæ tertio quoque anno ad præscriptum Herculis non equestre solum primitus constitutum, sed alia etiam illa, quæ jamdiu Olympia exercebat, et Pitho, celebrabant læti offerebantque certamina.

In Isthmo denique Corinthiaco ludorum solemnia fieri Phœbus ipse apetto oraculo jussit, voluitque hunc honorem Melicertæ tribui Inus filio, qui furiosum Athamantem fugiens ex alta rupe præcipitatus est in mare, Deusque factus Palæmonis nomen sumpsit. Cessare aliter nequaquam poterat pestis, quæ terram illam in dies magis crescente malo vastabat. Quare Sisyphus Rex Corinthi Apollinis simul, et Nereidum, quæ ipsi apparuerant, voce compulsus mandavit illico, ut Melicertæ a delphino ad litus prodigiose vecti corpus magnifico donaretur sepulchro, et pompa funebris Gymnasii spectaculis ornaretur. Verum non multo post, cum duo maximi regionem eam infestarent latrones, intermissa aliquandiu fuit celebratio illa ludorum negantibus advenis eo ferri, ubi vitæ instaret periculum. Theseus tamen Scyrone, ac Sinnide sanguinariis hominibus a se interemptis denuo pristinos excitavit ludos nihil aliud de iis immutans, nisi ut deinceps ex nocturnis diurni fierent sub Isthmii Neptuni patrocinio, quem in

Fano ex una parte nobiles Isthmiorum Victorum statuas, ex altera pulchrum pinorum ordinem adeuntibus ostentante Corinthi cives colebant. Ita Articus Heros inclyti æmulator Alcidis in Isthmo fecit, quod ille in Elide, et Nemea fecerat, simili inductione ludorum, cultuque splendido religionis.

Perspecta in quatuor ludis pietate Græca erga Deos, nunc videnda decertantium virtus est. Quinque illis ad exercendam probandamque bellicam vim proponebantur ludorum genera, Saltus nimirum, Discus, Jaculum, Lucta, et Cursus, quibus postea Pugilatus accessit. Hic autem cum Lucta consociatus Pancratium dicebatur, quod in eo membrorum facultas omnis, et musculorum nervorumque efficacitas explicanda Athleris esset, ut vincerent. Sed in illis quinque ludis omnibus ab uno homine ex ordine simul expertis Victorem exstitisse summum erat, et gloriosissimum Athleticæ specimen fortitudinis. Quam porro gratum et jucundum Græciæ toti spectaculum fuit pugnantium æmulam contentionem in assignatis cuique certaminibus intueri: Tollebant totum corpus in altum, jactabantque uno tempore totis viribus Saltatores ex late patentium fossarum margine, et ultra finem, neglecta spatii amplitudine, præcipitisque lapsus periculo, tanquam fulgura ferebantur. Jaculatores disci torosi homines certabant singuli inter se, quis eorum manu, lacertis, totoque corpore altius ceteris longiusque ponderosam rotundamque massam projiceret. Ingressi arenam Lucratores alii in alios irruebant, et arctis brachiorum compressionibus, pedibusque necopinato suppositis invicem se prosternere nitebantur ratione omni, dum nuda Pugiles, vel armata manu; presso pede, sublato ad frontem brachio, cutvatisque dorsis bini binos aggrediebantur aspere et horrende alter alteri percutientes caput sine ullo gemitu, minimoque doloris indicio inter ictus acerbissimos, et imbrem sanguinis, donec alteruter pugnando fessus veniam exposceret, et palmam victus suo cederet adversario. Stabant hic tensis arcubus Sagittarii telorum

nim-

nimbum ea vi et arte ditigentes in signum, ut illud felici jactu non attingere solum, sed transilire etiam possent plaudente circum, et acclamante festis vocibus immensa civium, et advenarum turba; illic juvenes celeritate pedum ventis pares et sagittis, inermes alii, alii æreis instructi clypeis per aperta stadii spatia volabant. Sed equorum, pullorum, mularumque agilium Cursus omnium maxime detinebat oculos, sensusque rapiebat. Insiliebat unus in equum, et alterum retinebat manu, medioque in cursu descendebat ad pedes rapidus, et geminos inter equos currens totum iter conficiebat curriculi; alter stans sublimis in curru duos aut quatuor junctis frontibus, solutisque habenis ad metam usque regebat equos, circaque illam sæpius bis, aut ter, et duodecies quoque iterare cursum minime formidabat. Cutrebant etiam ad hoc exercitati soli equi sine equite ac stimulis, ut ii qui Hieroni Regi, et Psaumidi Camatinæo retulere Olympiæ palmam. Possem hic labores arduos Athletarum, et pericula gravia singillatim exponere, quæ subeunda ipsis erant in tractandis equis, et agendis curribus, omnesque dicendo persequi ardentium motus, habilitatesque membrorum, quibus illi in singulis certaminibus usi grassabantur ad gloriam. Sed hæc mihi prætereunda censeo, cum satis ostenderim, quam efficacibus et opportunis animi corporisque exercitationibus paratentur juvenes ad obsistendum hosti, quicumque Græcam tentaret invadere libertatem. Scio equidem Anacharsim Scytham a Luciano inductum in Dialogo de Gymnasiis deridere libete Athletas Græcos, tanquam homines omnino imbelles, si opus esset contra hostem armatum districto gladio et hasta pugnate; scio Condillacum eruditissimum ceteroquin virum nil aliud in Græciæ ludis videre, nisi primæ barbaram ac rudem prorsus adumbrationem militiæ; sed illud etiam scio, rudes illas belli imagines, quæ in acie inutiles judicantur, non paucos eosdemque magnos protulisse Duces exercituum, summisque honoribus semper, amplissimisque præmiis condecoratas fuisse. Coronabatur oleastro

in

in Olympia Victor, apio sicco ad Isthmum, vitidi in Nemea, et in Pythone lauro, spectante Græcia tota, ingentes inter plausus, et undique gratulantium voces, et superbum capite ornamentum gerens præeunte Tibicine percurrebat Stadium, veste incedebat acu pictis variata floribus, oblatis ex omni populo large effuseque ditabatur donis, et alta Præconis voce suum nomen audiebat, suique Patris, et Patriæ dulcissimæ publicari. Inde, nulla interposita mora, fulgurante vultu, et gloriam præ se ferente, quadriga vectus cum magno equorum comitatu in sinum Patriæ volabat, quæ ipsum triumphantem parato ad ingressum ponte, ruptove muro excipiebat non amplius egere muris existimans urbem illam, quæ pugnatores, victoresque cives habet et jactat. Adscribebatur gloriosum in fastis publicis Nomen, incidebatur columnis passim, et a Poetis illustribus celebrabatur cantu. Principem præterea Victor spectaturus ludos tenebat locum, alebatur sumptu publico ex ærario, ab omni vectigali, et oneroso munere liber erat, honorabatur statua vivus, et divino interdum cultu post mortem, perinde ac illum victoria ex mortali homine immortale Numen fecisset. Quare Cicero affirmare non dubitavit, prope majus et gloriosius fuisse in Græcia Olympia vincere, quam Romæ honorem reportare triumphi; et quidam ex Sparta civis factus obviam Diagoræ, qui sæpius in Olympicis ludis vicerat, et illa die de triplici filiorum suorum victoria exsultabat gaudio, *Morere*, inquit, *Diagora. Quid amplius vis? Vin' tu in cælum vivus ascendere?* Præsagire illi eventum visus est. Nam senex optimus, dum filii amplexi patrem una simul ei darent oscula, ejusque capiti eximiæ educationis præmia suas coronas imponerent, inundante lætitia obrutus in Stadio inspectantibus universæ Græciæ civibus placide ac leniter repentino jacuit interitu. Nec mirum hoc videri cuiquam potest in ea Gente cui nulla major in terris habebatur felicitas felicitate victoriæ. Hinc Plato Philosophorum ptinceps beatissimos judicavit esse Victores certaminum, et Pindarus sæpe-

nu-

numero suos monet Athletas, ne summa potiti sorte Jovi pares esse cupiant, cum eo felicitate sua jam pervenerint, quo mortalium unquam vasta, et in immensum porrecta vota possunt assurgere.

Verum enimvero, quod egregiæ institutioni ludorum cumulum addit, illud est, quod Græci omnes quinto quoque anno ineunte ad illa sacra et bellicosa quinque dictum Festa solemniter celebranda acti in unum conveniebant. Oblivioni eo tempore dabantur inimicitiæ et hostilia cuncta, jungebantur omnes concordiæ fœdere inter se, et pace, amore, communisque prosperitatis studio Natio tota gaudebat. Ex omnibus Græciæ populis patriam unam conflatam esse tum diceres, in qua boni, fortes et inclyti gloria cives, quasi fratres amantissimi se se invicem diligentes et æmulantes virtute, idem sentiebant, idem amabant, et in publicam effuso lætitiam eodem omnes inflammabantur ardore.

Tam religiosa acta, exempla tam præclara, honores tam splendidi, Græcorumque omnium Gymnicæ institutionis probandæ consensio tanta, tamque unanimis non poterant certe non excitare vehementer adolescentum animos ad imitanda illustria eorum facinora, quos in Arena viderant Diis, et Hominibus spectaculum factos. Nihil enim est, quod mortales ad grandia et inusitata cœpta impellat acrius et accendat, quam religio, sive illa vera sit, sive falso talis putetur; quodque ab illa inductum sanctumque esse plane constat, accipitur statim ab omnibus, ejusque auctoritati sine ulla hæsitatione parere divini cultus officium judicatur. Quare ego quemque juvenem Græcum ad altarium, sacrificiorum, nemorum mensarumque solemnium adspectum pietate subita erga Deos, quibus illa Festa sacra erant, arsisse totum credo, seque existimasse eo magis futurum pium, quo magis in eorum obsequium proposita sibi certamina primo quoque tempore experiri paratus esset. Cogitatio illa solum, Jovem, Apollinem, Neptunum, aliosque Deos, et Semideos

deos præesse ludis, contemplari Athletas, suaque animare præsentia, favere fortibus, et ignavis irasci, ignominiam unis, et honorem alteris tribuentes, cogitatio, inquam, illa hortari satis poterat juvenes, ut omnem agilitatem, roburque sui corporis præceptrici religioni devovendo, et favorem sibi Numinum in magnis illis Festis conciliarent, et suæ expetitum Patriæ mererentur amorem.

Ardentes sane stimulos adolescentibus admovit religio, sed nihilo minus efficaces in ancipiti palæstra ipsis subdidit intrepidorum civium exemplum. Quale illis, quantumque incitamentum virtutis erat contentiones eas multiplices, et prope incredibilia celeritatis, agilitatisque, et invicti vigoris experimenta per stadium cernere non modo in maturæ ætatis hominibus, sed in iis etiam, quibus teneri adhuc, viridesque juventutis anni florebant! Quam generosos sensus inspirabant illis Athletæ visi sub ardentissimo sole, velut sub umbra, fortissime decertare; nil sudore diffluente membris, nil pulvere delassari; sustinere asperrima quæque majore semper animo; nil timere, non periculum frangendorum curruum, non horrendas pugilatus plagas, non vitæ ipsius jacturam, dum morte pararetur victoria! Quidni enim belli tantus ardor, quo magnæ illæ communique devotæ bono certantium animæ flagrabant, transfunderetur rapide in ipsos etiam juvenes, et novos in iis Heroas Nationi, et acerrimos defensores daret? Inflammari certe necesse erat eos, quorum vivida et ignea indoles sibi semper polliceri magna soler, de se alta sentire, et idoneam se quoque credere ad ea pari successu peragenda, quæ ab aliis admirabiliter facta videt. Evanescunt siquidem ardore correptis animis difficultates omnes, ingeneratæ audaciæ novus datur impetus ad omnia capessenda sine metu, præsidia quæliber opportuna operi celeriter præparantur, intenduntur omnes ad implendum propositum naturæ et artis vires, jamque certæ pugnantibus superato discrimine exspectantur coronæ.

Si spectata Athletarum virtus incredibiles in juvenum cordi-

bus

bus suscitabat motus, quales putanda est miscuisse, et agitasse in illis immensa victorum gloria? Amant omnes innato quodam impulsu gloriam, sed juvenes acriore studio, quam ceteri; propterea quod in aliorum notitiam, ut qui maxime, venire cupiunt, et inter cives honorati incedere. Putabat profecto juventus Græca honores aliis collatos sibi etiam esse posse communes, si animose et audacter ad eos labores suscipiendos accederet, qui gloriose defunctos illustrarunt Heroas. Nullus dubito, quin fervida et insolens æmulatio sensus omnes illius possederit, exstimularit modis omnibus, et impulerit ad adeptionem ejus boni, quod omnium præstantissimum virtutis præmium est. Si Miltiadis trophæa perpetuo occursantia menti Themistoclis abrupere illi somnos honesta invidia correpto, quam gloriæ sollicitudinem, quam vehementem et inquietam invasisse pectus dicam adolescentibus, cum omnigenam honorum profusionem victoribus esse factam ex omni parte viderent? Equidem coronæ decus, sparsos flores, plausus totius nationis, munera in circo data, triumphalem currum et comitatum, poetarum hymnos, nomina in fastis et columnis inscripta, lætitiam Patriæ honestantis conjunctam, stipendia publica et immunitates, primum locum in spectandis ludis, et erectas statuas tot illis fuisse faces judico, quibus excitarentur ad ea ineunda prælia, quæ a fortibus gesta conspexerant sublimibus donata præmiis, et Diis immortalibus consecrata.

Admiranda vere institutio, quæ pios, bellicosos et concordes ad unirer promovendam felicitatem Græciæ viros protulit, sedavitque ubique inimicitias, quæ publicam turbare solent tranquillitatem. Quantus ex illa religionis amor, quanta æmulatio virtutum, quantus gloriæ et militaris fortitudinis ortus est ardor! Testes sunt Thermopylæ, Marathon, Salamis, et Platææ, illa fastus Persici Sepulcra, et Græcæ æterna monumenta virtutis. Tegebant terras omnes, et maria immensæ Xersis copiæ, ut occuparent impetu facto, ac servituti subjicerent Græciam totam. Sed

Græci bellatores sumpta animi audacia, et robore corporis imperterrito a Gymnicis certaminibus, in quibus antea invicti semper pugnaverant, tantum abfuit, ut quicquam illa formidolosi exercitus irruptione turbarentur, ut immo summa vi resistentes dissiparint et profligarint totam, furiosumque Tyrannum in Asiam turpiter remeare coegerint. Diceret quicumque in aspero prælio dimicantes vidisset, tot Hercules illic, vel Milones, vel horrendos Polydamantas fuisse, quot erant milites.

Supervacaneum arbitror plura addere, cum ex iis, quæ carptim breviterque perstrinxi, satis eluceat propositus ludis finis, et expectatus defendendæ nationis, communisque servandæ ab hostibus libertatis fructus quasi manu comprehendi possit.

LU-

Digitized by Google

LUCUBRATIO II.

PINDARI CHARACTER AB INJUSTA CENSURA VINDICATUS.

NEMINEM credo ex veteribus recentibusque criticis sagacioribus de ingenio Pindari magnificentius unquam veriusque sensisse, quam Dionysium Halicarnasseum. Nihil certe sapientissimo judicio deest, quod ipse tulit, quodque ferri nequaquam potetat, nisi ab eo, qui in arcanam poetæ mentem maxime perspicaci rectoque oculo penetrasset. En paucis expressisque ad vivum Dionysii verbis Pindaricæ poeseos forma, et singularis character. „ Imitandus, ille ait, est etiam Pindarus Lyricorum exemplar eminens propter eximium verborum rerumque delectum, propter „ stili magnificentiam et numerosam fecunditatem, propter ordinem compositionis et vim, severam et jucundam simul austeritatem, perennitatem majestatis, ἰδίωμα sententiarum, figurarum lumina, amplificandi et exaggerandi res quasque felicitatem, et alienorum in primis expressionem vividam morum, „ suorumque etiam, qui temperantia, pietate et animi magnitudine continentur, luculentam picturam „. Post talem tamque insignem poetæ speciem respondentem plenius excelsæ illi existimationi, qua vivus floruit, et floret adhuc post mortem clarus, quis unquam putasset proxime elapsis temporibus, nostraque etiam ætate scriptores præserrim Gallicos quosdam antiquissimæ laudis lumen censura sua obscurare tentasse? Perroltius tamen, Boilojus, et Marmontellius Blondello junctus Regem Lyræ invadere pari studio, sed dissimili ratione certarunt, eumque ex alto deturbare solio, in quo erat a Græcis poeseos optimis æstimatoribus, doctis-

ctisque posteris merito collocatus. Perroltio itaque infelici illi, ut ipsi Galli judicarunt, Litterariorum Paralellorum auctori Poeta noster, quem multi inter ipsos gallicanæ nationis viros eruditissimi summis prosecuti laudibus et admirari sunt, homo est ingenii et virtutis omnis expers, tenebrarum plenus, tantumque in pretio habitus apud aliquos litteratores, qui ipsum, quin intelligant, legunt, nec aliud colligunt ex eo, nisi miseras et vulgares sententias aliquot, quibus ille sua scripta distinxit. Alter autem, qui se acrem Pindari contra falsa et inepta cogitata Perroltii defensorem præbuit lepide irridens, et salse perfricans ineruditi audaciam, in sua quadam ad aureum Longini librum animadversione mirando sane judicio affirmate scribit, in harmonia singulari cantus, et splendida vocabulorum pompa præcipuum et proprium Pindari decus consistere. Tertius vero moderatior ille paullo, et æquior concedit quidem grandia sensa Lyrico, illustres vividasque imagines, et graphicam in narrandis pingendisque factis artem, sed contendit, ab eo tractata argumenta exiguos esse rivulos, qui a magnis absorbentur fluviis, nimis negligi unitatem rerum, earumque nexum inter se, poetæ pennas cera conjungi, ejusque imitatorem quemcumque secum Icaro subiturum. Liceat mihi judicia isthæc paulisper considerare, ut æquum est, ac perspicere, utrum veris, an falsis doctrinæ principiis nitantur.

Ac primo quidem, quod ad Perroltium spectat, levis certe, ac prope nullius auctoriraris videtur esse scriptor præceps, Græcis Latinisque inimicus, et inops critices, quodque in re præsenti caput est, et stupendum maxime, linguæ Græcæ parum sciens. Non poterat huic homini non obscurus esse Pindarus, ut cuique, qui peregrinam ejus linguam nesciret, poeta quilibet alius esset. Quis unquam rerum, quæ ipsum undique variæ circumstant, caliginosæ in medio nebulæ pervidere pulchritudinem potest, eamque aliis, cum nullam videat, exponere? Nihilo tamen minus confidens Auctor nihil boni pulchrique esse in Pindaro affirmat obruentibus

omnia

omnia tenebris, perinde quasi tot graves et acuti cujuscumque perpolitæ nationis critici non veras, sed imaginarias virtutes ejus cæca in nocte per somnium vidissent. Verum, quæ illi obscura poesis est, ea lucet iis omnibus, qui claves linguæ gerunt, qui opportunas habent notitias rerum, qui nexus callide introspiciunt reconditos, et lyrici naturam œstri plane cognoscunt. Contemplantur hi viri sapientes et admirantur simul novum semper, et sublime ac vehemens poetandi genus, quo Pindarus legentium visus mentesque percellit; nec humile, ridiculum et perplexum primæ Odes Olimpicæ exordium putant, ut Gallus nostet, qui male salso et inficeto joco a poeta inductam aquam in risum vertit. Nescit judex eruditus, aquam Thaleti philosopho celeberrimo rerum omnium parentem et reginam elementorum fuisse, et poetam tanti viri secutum esse eo tempore notam omnibus vulgatamque sententiam. Quemadmodum igitur inter elementa principatum tenet aqua, et pretiosissimum metallorum omnium est aurum, et astra cæli Sol vincit omnia fulgore suo; ita præstat ceteris omnibus Olympicus Agon, et palma in illo adepta sua omnes aliorum palmas dignitate antecellit. Quid clarius, quid aptius ad rem, quid etiam honorificentius, jucundiusque Victori esse potest hoc exordio? Quis imaginum copiam, majestatem stili rerumque splendorem in augusta, vereque regia fronte Odes non videt, et illam præsertim cæli fugatis astris a Sole factam solitudinem? Quæ miseræ autem Perroltio sententiæ Pindari sunt, eæ graves, ac succi plenæ a viris alta sapientia præditis judicantur. Ad id confirmandum satis sit, Platonem Græciæ lumen, summumque philosophum, in suos Dialogos plura Pindari inseruisse dicta ad ornamentum roburque sermonis; confirmasse Quintilianum Dionysii in hac parte judicium, et ob id etiam poetæ nostro primum locum et eminenter inter Lyricos tribuisse; Clementem demum Alexandrinum olim, et novissime clarissimum Passerium de charactere Pindari disserentem diligenti collatione facta monstrasse,

pro-

prope omnia gravia sensa poetæ ex Sacrarum Litterarum fontibus esse deducta.

Venio nunc ad Boilojum, mirorque valde, quod is qui tanta cum laude Poeticam tractavit artem, et bonum etiam variis operibus se poetam ostendit, numeros potius, et elocutionem Pindari, quam dotes ceteras commendarit. Quid unquam ad poesim facit, quantumvis dives et actuosa verborum vis, quid exquisita sonorum gratia, quæ belle tangere possit aures, si solidum carmini substratum desit, si graves absint et magnifici sensus, si instinctæ raptus mentis nulli sint, nullæ imagines novæ, nullæ picturæ, quas omnigena temperatio colorum animet, ac cælestis ignis quodammodo incendat? Dentur primum Pindaro hæc omnia, quæ Lyrici propria sunt, quæ in ejus Odis elucent, quæque justam illi apud omnes sanæ mentis integrique judicii viros conciliant admirationem; deinde, quasi culmen, addatur hisce dotibus non imitabilis harmonia cantus, et verborum grandia et indicta sonantium inexhausta copia, ut tota poetæ maximi ac præstantissimi explicetur majestas. Sed illud persuasum habeo, Boilojum, cum scriberet, ita concentu et elocutione Pindari fuisse correptum, ut defixo penitus et absorpto animo in jucundissima duarum illarum rerum contemplatione reliquas omnes inobservatas relinqueret. Scripsisset enim longe aliter profecto, si poetam totum, qualis et quantus est, sibi tunc posuisset ante oculos, et singulas ejus mente celeri in unum collegisset virtutes.

A Marmontellio porro illustri Poeticæ artis magistro vix credibile est disjuncta pleraque et intercisa, et ad propositum parum fere pertinentia in Pindaro reperiri. Nunquam tale protulisset judicium tantus Vir, si res illas magni momenti, quas animo intet canendum contemplabatur poeta, ut par erat, attendisset. Cogitandum enim illi erat, non Victorem solum in ludis a Præcone proclamari solitum, sed Patrem ejus etiam, et Patriam communicata cum illis gloria; cogitandum, ludos illos fuisse Festa so-

le-

lemnia Numinum ab iis ipsis, vel a Semideis instituta ad excitandam civium in bello fortitudinem; asritisse Arhletis decertantibus Græciam toram, e suis velut evulsam sedibus, maximarum virtutum testem ac judicem; urbes ipsas Victorum altrices una cum Victoribus coronaras fuisse, summisque honoribus cumulatas; quemque populum ostentasse præstantiam suam inter ceteros ab antiqua urbis vel oppidi origine præclarisque sacris exortam, et illi, tanquam causæ effectrici, nova quælibet acta civium suorum, et fortunaros evenrus relatasque vicrorias rribuisse; ex heroicis tandem gesris Herculis, Cadmi, Thesei, aliorumque, qui in fabulis memorantur, constirisse fere totam nationis ejus historiam, quam percurri a poeris ex officio et instituro oportebat. Hæc ille talia er tanta si sedulo considerasser, seque mente transtulisset ad ea tempora, quibus Græci posr devictum profligatumque Xersem divini cultus rerumque bellicarum gloriam conjunctis studiis amplificare in dies magis, novamque historicorum scripris, et poetarum canribus suppeditare mareriam properabant, vidisset sratim quam sapienrer et apposite Pindarus ad explenda desideria nationis auctores ludorum, urbium conditores, insignes familiarum viros, Numina etiam, et antiquos Heroas cum Vicrorum laude sociarit. Aliena enim decora cum iis, quæ sunt Victorum propria, et præterita cum præsentibus affabre ac solerrer permiscens ex varia diversaque adscitorum, ur ita dicam, multirudine luminum lumen unum vasrum et ingens effecit, quo circumdarus et magnifice convesrirus triumphator Arhleta grandem et amplam suæ dignitatis toti Græciæ exhiberet imaginem. Neque Lyricus ob hanc causam a proposito celebrandi Vicrorem aberrasse dicendus est, quia Victoris decus pleno jure ad Parriam pertinebat, quæ Victorem in lucem edidit, pertinebar ad parentes, qui educarunr, ad Deos, qui foverunt auxilio, ad majores, qui sibi similem post se reliquerunt nepotem, ad Heroas postremo omnes, qui suam illi æmulatori fervido fortitudinem inspirarunt. Horum

ira-

itaque omnium honorifica mentio a poeta fieri debuit, ut ad omnes sanguine, religione, pattia et virtute conjunctos privata Victoris gloria manaret, et omnibus fortunati successus communis esset lætitia. En, quomodo argumenta Pindari ex parvis rivulis magna facta sunt flumina; en, quomodo, quæ disjuncta et extranea Marmontellio putantur, in unitatem coeunt pavimentis illis, clarissimi Stellini judicio, simillima, in quibus minimæ vermiculati emblematis partes, postquam per varias implicitasque flexiones, quasique Mæandros vagatæ sunt, majoribus tandem occurrunt, iisque mirabili artificio junguntur. Virtus enim poetæ nostri ira ardua et sublimis est, ut ad eam inter tot ac tantas rerum species propius contemplandam nemo possit assurgere, nisi rapida mente polleat, et illo inflammetur instinctu, quo poeta ipse in suis volatibus agitatur et ardet. Non est Pindarus poetarum omnium tranquillissimus, ut Marmontellius air, sed immo ille aliorum omnium incitatissimus est dominante in ejus carminibus prope semper hyperbato, figura illa, quam Longinus non poetis modo, sed oratoribus quoque necessariam proponit, ut turbato per illam verborum ac sententiarum ordine motus animæ in aliquo violento affectu deprehensæ ad vivum possint repræsentare. Tunc enim anima exsurgentium undique imaginum concursu obruta, et ex placido, in quo erat antea, depulsa statu multiplicis varieque incussi impetus sequi cogitur vim, et instabili velut vento ex una in aliam celeriter rem translata sensus omnes et verba devolvere ad arbitrium affectus, qui illam jactat, miscet, stimulat, rerrahit, mutat versatque in partes omnes æstuantem curarum fluctibus, et perpetua perturbatione consilii, quæ, quo magis exlex imperitis videtur esse, eo magis intelligentibus pulchra, et imitatrix naturæ est. Quare ordinem ad severam logicorum normam exactum, timide incedentem et frigidum nemo a Pindaro postulabit, quem poeticus corripuit furor maximarum flammea contemplatione rerum perculsum. Distat siquidem

mi-

mirum quantum a tranquillo agitatus poeta. Quî poterat Pindarus in illa omnium incitatione Græcorum, in illo Athletarum certatim ex oppidis concursantium ardore, in illa victorum pompa clamores inter et plausus, et gratulantium voces communes ordinis servare leges, verba et sensus ad examen vocare, copulare religiose quasque res inter se, recto ferri semper tramite ad finem, vitare obliqua et implicita, peregrina relinquere, nihil audere in medio æstu, nec evagari liberius per intentatos calles et patefacta spatia perinde ac imperioso dominari placide potuisset ingenio? Non poterat certe non rapi extra se, non turbari valde, non accendi totus, et licentia figurarum, imaginum copia, gravitate sententiarum, expressione morum, affectuum pictura, vivis comparationibus, excursionibus felicissimis, novitate et ubertate verborum, stili robore, sublimitate et harmonia non eam Græcis poesim dare, quæ vatem Apollinari donandum laurea deceret. Non ceratis nititur poeta pennis, ut Icarus, sed innato ac suo plane sustinetur vigore ingenii, quo immensos peragrat dominator tractus, nec unquam fines transilit, quos recta fixit ratio, et omnium jam probavit eruditorum consensus. De Marmontellio ulterius proloqui supersedeo, cum ipse tacite de sententia sua decesserit ingenue confitendo, se Pindarum non ex ipso nativo rextu, sed ex versionibus, quæ forte ipsi in manus venerant utcunque factæ, judicasse, quod Græcam linguam, multoque magis dialectum Doricam ignoraret. Illud etiam fortasse credendum est, eum fuisse a Blondello deceptum, qui digressiones Pindari *enormes* vocat ratus eas tam parva sæpius convenientia primario aptari argumento, ut magna vestis aureæ frusta vilibus et abjectis suta pannis dici possint. Quoniam itaque nimis acti et fastidioso Scriptori huic nonnullæ in Pindaro dicendi formæ videntur esse ridiculæ, solumque illorum temporum moribus excusabiles, vindicanda mihi ab insolenti injuria poetæ dignitas est. Percurram carptim nonnulla, quæ censor culpat. Primum est illud in octa-

va Olympica : *ne aspero me saxo petat invidia, dum Melesiam laudo*. Quid abjecti, quæso, et ridiculi saxum habet instrumentum formidabile fundirorum, quod a Phœnicibus inventum in usu erat apud Græcos, et inter arma bellica recensebatur ? Alterum in Isthmia secunda : *cecidit Athleta super aurea victoriæ genna* : hoc est in certamine vicit. Fingatur sedens Victoria Dea, et ad ejus aureo peplo contecta genua Athleta procumbens cursum conficiat. Pulcra statim fiet et sublimis imago, quæ videbatur humilis et indecora. Tertium in sexta Olympica, quod est hujusmodi : *sciat Sostrati filius se in hoc calceo divinum pedem habere*. Notum omnibus poetas veteres Deorum Dearumque calceos memorasse sæpius, nec indignos putasse, qui in magna poemata inducerentur. Ita Pindarus Victorem laudaturus, qui Augur simul, et Sacerdos Jovis est, opportuna et ingeniosa uritur similitudine calcei, ut significet hymnum suum tam apte illius viri meritis convenire, quam pedi divini Herois pulcritudo cothurni. Juvat hic quosdam alios Blondelli morbo laborantes admonere. Dolet unus Himeræum Ergotelem in Olympica duodecima comparari cum gallo, qui domi pugnat inglorius, quique vilis inter volucres est. Qui gallus vilis dici potest, cum Graeci inter cetera certamina certamen etiam gallorum instituerint, quale nunc in Britannia spectaculo est, et olim apud Indos in honore erat ? Vilis gallus, qui, Pausania teste, ab Atheniensibus Apollini consectatus fuit, et Æsculapio a Socrate jussus omnium hominum sapientissimo sub ipsum funus offerri ? Vilis gallus, quem Himeræi cives in omnibus patriæ nummis singulari nota conspicabantur impressum ? Comparatio igitur galli apprime ac decenter Victori convenit. Virtus enim Ergotelis, nisi patria pulsus fuisset, ignota omnibus jacuisset in tenebris, ut galli gloria privata in umbra pugnantis misere delitescit. Sentit alius esse tumida et cruda nimis Hieroni data monita, quæ in prima Ode Pythia leguntur : *guberna justo clavo exercitum, et ad incudem minime mendacem fabricare linguam*. Voce

Exer-

Exercitus quarumcumque rerum apud Græcos æque ac Latinos multitudo exprimitur. Sic Varro Romanum populum *urbanum* vocat *exercitum*, Virgilius corvorum *exercitu* plures corvos, et Silius eodem *nomine* Amorum turbam designat. *Clavus* autem translatio est usitata Tullio sæpe, cum agitur de regimine imperii, nec *incudem* ἀλληγορικὴν usurpare timet Horatius, cum ait in Arte poetica: *male ter natos incudi reddere versus*. *Exercitus* hic igitur populus Siciliæ est, *Clavus* recta imperii administratio, et *Incus* audaciore quidem paullo, non inflato tamen figuræ genere Veri firmitas est. Sunt certi cuique linguæ, propriique dicendi modi; qui, si in aliam fideliter transferantur linguam, non nativam solum amittunt pulcritudinem, sed quadam etiam turpitudine sensus lædunt. Quis ad litteram Italo sermone redditas ferat illas Virgilii imagines: *spumas salis ære ruebant*: et, *domus mane salutantum totis vomit ædibus undam*, quæ Latina tamen consuetudine probantur omnibus et omnino placent? Sic nobis in Pindaro deformia quædam videbuntur, quæ vere tamen pulcra erant Græcis, ubi illa ad nostrum sensum exigantur et cultum, indignante natura linguæ immutabili in aliam transformari. Audacia porro figurarum, quæ poetæ vitio vertitur a nonnullis, magna in illo laus est, quod incitati hominis, qualem supra memoravi, propria sit, ejusque animum granditate rerum commotum turbatumque demonstrer. Hinc illæ hyperbolæ, et insolitæ translationes, et exquisita vocabula, quæ recenter audaci solertia fabricatus est Pindarus, ut Græcas gentes poeseos et musicæ amantissimas novitate imaginum, et omnigena sonorum varietate oblectaret. Disjunctiones vero sententiarum inter se tot revera non sunt, quot perperam creduntur vulgo; quasque esse sane paucas in poeta comperimus, idcirco in illo sunt, quod eas vehemens et imperiosus stilus lyrici postulat. Possidenti enim dialectum Doricam, ut doctissimus Mattejus sentit, supplentique intermedias, quæ desunt, notiones suis linguæ particulis, nunquam erit Pindarus tam

difficilis et obscurus, quam quidam putant. Obscuritas ipsa factorum, quæ cognitissima tunc Græcis erant, nobisque nunc omnino ignota sunt, non est in poeta, sed in nobis, qui historicis illorum temporum monumentis caremus; et illæ splendidæ inductiones Heroum, quas fere nihil ad Victoris laudem facere quis existimet, allatæ nunquam a poeta fuissent, qui nil molitur inepte, nisi in illis Victoris virtutem sub symbolo adumbrari posse vidisset. Nam, qui coram uno aliquo egregium aliquod alterius facinus laudat, occulte innuit, in persona, quæ laudem audit, et illius laudis causa est, illud ipsum inveniri. Non eo dico, quo omnia in Pindaro perfecta, et omnibus absoluta numeris esse arbitrer, cum suis et ipsum urgeri vitiis intelligam vel ab humanæ infirmitate naturæ, vel ab œstro impotente profectis. Sunt enim, qui mutilos interdum, nimiumque pressos in illo esse sensus dolent, digressiones aliquas plus æquo protendi, luxuriare intemperantius fabulas, audacem ex una in aliam rem excurrendi licentiam, quodque Longinus animadvertit, concitati cursum carminis abrumpi misere aliquando et exstingui. His tamen ille obstrictus vitiis in sublimi, vehementi, et ad omnes musicæ modos choreæque motus accomodato poeseos genere ita eminet, ut unus clarissimi Fraghierii Parisiensis Academiæ Socii judicio ad excellentiam Psalmorum, ad poeticum Librum Jobi, et ad grandiloquam Canticorum pulcritudinem tam prope accesserit ingenii vi, quam prope accedere ad Exemplaria divina imbecilla facultas hominis potest. Nihil addam ultra. Nam censeo ad poetæ notitiam ea satis esse, quæ dixi. Utrum autem ego magnifice potius, quam vere de Pindaro prædicaverim, ex Odarum ejus explicatione, quam modo aggredior, quisque poterit judicare.

ODES

Digitized by Google

ODES OLYMPICÆ PRIMÆ

ARGUMENTUM.

Hiero Dinomenis filius Syracusarum Rex septuagesima quinta Olympiade equo vicit desultorio in Palæstra, et ab urbe Ætna ab illo recens exstructa Ætnæus victor proclamatus est. Laudaturus igitur hanc victoriam Poeta, sui carminis speciem et formam sic adumbrat. Incipit ille splendide a rebus, quæ maxime utiles, pretiosæ et magnificæ in natura sunt, nempe ab Aqua, Auro, et Sole, ut illis comparationibus nobilissimis Olympici præstantiam ludi supra ceteros exprimat, et Victoris palmam in eo dudum reportatam tanti simul esse ostendat, quanti ipse celeberrimus ludus est. Hymnum deinde præconem gloriæ quasi personam, in medio Poetarum incedentem, augustasque Saturni Patris laudes cum Hieronis laudibus resonantem ante oculos sistit, donec turba ad beatam Regis aulam perveniat. Ibi vatibus victor adest, qui fecundum Siciliæ regnum justitiæ sceptro regit, qui circumfluit opibus, qui virtutum legit summos apices omnium, et amæno flore musicæ delectatur nil minor Cantoribus illis, qui ad hospitalem ejus mensam hilariter sæpe ludere solent. Jam illum tali luce circumdatum certatim omnes sonoris celebrant cantibus, ut bellica fortitudo equi, quæ regia decora illustrat, magis exstet atque emineat multiformi præconio, omniumque sensus insigniter amplificata percellat. Ipse Lyricus noster repentino actus æstro, quasi præsens jucundissimum et admirabile intueatur spectaculum, arrepta Dorica cithara Pisæ pompam ad astra tollit, et Pherenici cursum ardente sono prosequitur, dum juxta Alphei undam volat ocyor vento sine stimulis, suumque dominum gaudentem equis, et Syracusarum Regem generoso impetu in sinum transfert victoriæ. Cum autem superba facti gloria in ea Terra splendescat, quæ a Pelope filio Tantali nomen habet,

habet, non potest ille se continere, quin totam Pelopis jamdiu late pervagatam, et in Templo Olympii Jovis magnificentissimo pictam libere pereurrat historiam, sed ita, ut eam ab impia et absurda fama purget, quæ Pelopem ipsum, et Deos per mendacia belle a poetis colorata, et a cæca excepta credulitate vulgi nimis male dedecorat. Pelopem igitur Pindarus non in mensa appositum Diis ad vescendum, sed a Neptuno in cælum aureo curru translatum fuisse narrat ad ministrandum Jovi nectar; verum illum non multo post a Superis ob insolentiam furtumque Patris sacrilegum indignantibus inter homines morti obnoxios denuo missum, ubi cum Oenomao Rege Elidis in arena congressus Hippodamiam et regnum triumphali curru victor accepit. Heroas illi regia conjux plures peperit et eximia virtute illustres. Ipse vero, postquam meritis singularibus et principe dignis civium omnium sibi amorem conciliaverat, juvenum annuis post mortem honoratus sacris, et conspicui monumento sepulcri prope aram Jovis in augusto luco situs est, et inde a se inductam primum expertamque fortiter ludi Olympici contentionem, Victorumque gloriam spectat, quos domum cælestes adepta palma reducit. Hæc poetæ narratio est, quam gravibus hac et illac piisque sententiis, et multiplici varietate picturæ mirifice exornat, in oratione praecipue Pelopis ad Neptunum in solitario maris littore noctu facta, qua flagrantem gloriæ juvenem, magnæque prodigum animæ horrendo instante periculo iis coloribus repræsentat, quibus Heros tantummodo pingi debet. Plus æquo fortasse longior videri illa poterit iis, qui minime attendunt, voluisse Pindarum effusa illa poetandi ratione omnium Pisæ principum optimo pleuum et integrum restituere decus, voluisse Olympiorum magnificentiam omnem in antiqua splendidaque origine contemplandam Græcis dare, quodque caput est, vindicare voluisse tacite fortissimi et sapientissimi Regis exemplo Hieronem Regem a reprehensione Simonidis, qui præclarissimum alendorum equorum studium ad Olympicæ adeptionem palmæ in illo improbarat, ut testatur Xenophon in suo ad Hieronem Dialogo, tanquam rem, quæ regiæ dignitati nullo modo conveni-

veniret. Accessit tamen Hicro ad Elеum certamen ardens Pelopis amulator, et in eodem loco, quo Pelops olim certaverat, equo Victor pulcherrimum suæ virtutis fructum cepit, et novum regii ornamentum diadematis. Quamobrem poeta altisono Æolii cantus honore, qui Victorem equestrem decet, coronare Hieronem statuit, et efficaci vibrataque sententia nullum alium profitetur sapientiorem simul ac potentiorem amicum se unquam posse dædalis hymnorum floribus redimire. Sed, quoniam in prosperis non extolli audacius difficillimum est, monet illum sapiens, ut omnem suam felicitatem acceptam Deo referat, qui tutor illi adsidens omnia ejus vota curat, et optato secundat exitu daturus pio et modesto majora in posterum bona. Victoriæ itaque equestri addendam eurulem etiam ipsi a numine pollicetur, et aperta nova carminibus via, se dulcius sonaturum sperat nomen ejus ad apricum Cronii collem. Robustum ideo telum gloriæ sibi a Musa paratum ait. Orat interim, ut Rex fruatur fortuna sua, qua nulla major in terris esse homini potest, sed ea contentus plane sit, nec ultra fines humanæ conditioni fixos cupiditate transcurrat, satis regio sceptro felix et splendore victoriæ. Solum illud peti posse probat, ut Regi servetur stabilis fortuna præsens in vita, et poetæ Victores tales canenti viva et illustris maneat per totam Græciam claritudo poeseos. Hoc Pindarus artificio Hieroni carmen texit ea in omnibus unitate spectata, quæ primario nobilitatum ludo, celebratum præconiis vatum, regiis cumulatum virtutibus, et Pelopiæ fortitudinis æmulatione conspicuum victoriæ lumen exhibeat.

OLYM-

ΠΙΝΔ. ΟΛΥΜΠ.

εἶδος ἀ.

ΙΕΡΩΝΙ ΣΥΡΑΚΟΥΣΙΩ.

Κέλητι.

Στροφὴ ἀ. Κώλων ιζ.

Ἄριστον μὲν ὕδωρ· ὁ δὲ
Χρυσὸς αἰθόμενον πῦρ
Ἅτε διαπρέπει νυ-
κτὶ μεγάνορος ἐξοχα πλούτου·
Εἰ δ' ἄεθλα γαρύειν
Ἔλδεαι, φίλον ἦτορ,
Μηκέθ' ἁλίου σκόπει
Ἄλλο θαλπνότερον
Ἐν ἁμέρᾳ φαεινὸν ἄστρον
Ἐρήμας δὲ αἰθέρος·
Μηδ' Ὀλυμπίας ἀγῶνα
Φέρτερον αὐδάσομεν·
Ὅθεν ὁ πολύφατος
Ὕμνος ἀμφιβάλλεται
Σοφῶν μητίεσσι, κελαδεῖν
Κρόνου παῖδ' ἐς ἀφνεὰν ἰκομένους
Μάκαιραν Ἱέρωνος ἑστίαν·

Ἀντι-

OLYMP. I.

[*Str.* 1.] Præstantissima quidem [inter cetera elementa] est aqua, et aurum, ardens ignis velut nocte, fulget superbas inter divitias. Si vero certamina canere gestis, anime mi, nec sole circumspice aliud foventius interdiu lucidum astrum, desertum per aerem: nec Olympico certamen præstantius cantabimus: unde [ductus] celeberrimus hymnus contexitur poetarum curis, ut cantent Saturni filium: ad opulentam accedentes beatamque Hieronis domum,

[*Ant.* 1.]

OLYMPIA.

HIERONI SYRACUSANO

EQUO CELETE VICTORI.

ODE ALCAICA I.

STat Lympha primas inter origines
Regina rerum, vivaque luridam
  Ceu flamma per noctem, superbas
    Inter opes rutilans decôre
Præcellit Aurum. Sed mea, si novo
Efferre Ludos carmine, Mens, cupis,
  Ne Sole contemplare sidus
    Auctiferam referente lucem
Per sola cæli splendidius loca,
Nec Ludus unquam major Olympico
  Volet sonari, ductus unde
    Ingreditur (1) meditante laudes
Curâ (2) Sophorum Nominis inclyti
Vulgator Hymnus, cum properans satum
  Cantare Saturno beatas
    Divitiis pede turba sacro

(1) Heynium sequor, qui verbum ἀμφιβάλλεται hoc loco notionem habere putat *accedendi* vel *procedendi*, ut dilucida sensus ratio postulat.

(2) Poetarum scilicet Simonidis, Bacchylidis, et Pindari ipsius.

Ἀντιστροφὴ ἀ. Κ. ιζ'.

Θεμιστεῖον ὃς ἀμφέπει
Σκᾶπτον ἐν πολυμάλῳ
Σικελίᾳ, δρέπων μὲν
Κορυφὰς ἀρετᾶν ἀπὸ πασᾶν·
Ἀγλαΐζεται δὲ καὶ
Μουσικᾶς ἐν αὐτῷ,
Οἷα παίζομεν φίλαν
Ἄνδρες ἀμφὶ θαμὰ
Τράπεζαν. ἀλλὰ Δωρίαν ἀ-
πὸ φόρμιγγα πασσάλων
Λάμβαν'· εἴ τι τοι Πίσας τε
Καὶ Φερενίκου χάρις
Νέον ὑπὸ γλυκυτά-
ταις ἔθηκε φροντίσιν·
Ὅτε παρ' Ἀλφεῷ σύτο, δέμας
Ἀκέντητον ἐν δρόμοισι παρέχων,
Κράτει δὲ προσέμιξε δισσόταν

Ἐπῳδὸς ἀ. Κ. ιγ'.

Συρακόσιον, ἱπποχάρμαν
Βασιλῆα. λάμπει
Δέ οἱ κλέος παρ' εὐάνορι Λυδοῦ
Πέλοπος ἀποικίᾳ· τοῦ μεγασθενὴς
Ἐράσσατο γαιάοχος Ποσειδᾶν,

Ἐπεί

[*Ant.* 1.] iustum qui tractat sceptrum in fecunda-ovibus Sicilia, decerpens apices virtutum omnium; splendetque etiam Musicæ flore, quemadmodum ludimus hospitalem nos poetæ frequenter ad mensam. Sed doricam citharam a clavo deripe, si qua tibi Pisæque et Pherenici [equi victoris] decus animum dulcissimis immisit meditationibus, quum ad Alpheum concitus proruit, corpus non calcaribus adactum in curriculis gerens, victoriæque tradidit dominum

[*Epod.* 1.] Syracusium, equis gaudentem regem. Splendet autem ejus gloria apud generosam Lydi Pelopis coloniam, quem præpotens amavit terram continens Neptu-

nus

Accedit ædes, quas Hiero tenet
Princeps amicum justitiæ potens
Tractare sceptrum, quâ Sicanis
Terra patet pecorosa campis,
Spectandus, almos sive apices legat,
Quoscunque Virtus aurea sustinet,
Seu Musicæ ridens amœnum
Gaudeat explicuisse florem,
Quali ad benignam sæpius hospites
Mensam solemus ludere. Doricam,
Musa, ocius clavo jacentem
Deme lyram, tibi festa (1) Pisæ
Si pompa mentem cepit, et ebriam
Dulcissimarum mulsit imaginum
Fulgore, cum campum citato
Corripuit Pherenîcus ausu
Alphea propter flumina nescios
Calcaris artus cursibus offerens,
Herumque veloces amantem
Quadrupedes, Siculûmque Regem
Victoriæ ulnis intulit. Emicat
Excelsa facti gloria, fortium
Quâ (2) Lydus examen Virorum
Sede Pelops statuit quietâ,
Pelops, potenti quem Deus ambiens
Telluris oras imperio arserat,

(1) Pisa urbs est Elidis ad Alpheum sita, qui in Arcadia oritur, et prope Pisam et Olympiam decurrit, ubi Pherenicus Hieronis Equus victoriam retulit.

(2) Lydius fuit Pelops, ut Pausanias refert, quia pater ejus Tantalus ex Imolo rege Lydiæ est genitus. Is autem postquam regno et filia Oenomai potitus est, relicta Lydia cum colonis in Elidem venit, et universam Chersonesum de suo nomine Peloponnesum appellavit.

Ἐπεί νιν καθαροῦ λίβητος ἔξιλεν
Κλωθώ, ἐλέφαντι φαιδίμον
Ὦμον πεπαδμένον.
Ἦθαύματα πολλά
Καί που τι καὶ βροτῶν φρένας
Ὑπὲρ τὸν ἀληθῆ λόγον
Δεδαιδαλμένοι ψεύδεσι ποικίλοις
Ἐξαπατῶντι μῦθοι·

Σ. β'. Κ. ιζ.

Κάρις δ', ἅπερ ἅπαντα τεύ-
χει τὰ μείλιχα θνατοῖς,
Ἐπιφέροισα τιμάν,
Καὶ ἄπιστον ἐμήσατο πιστὸν
Ἔμμεναι τὸ πολλάκις.
Ἀμέραι δ' ἐπίλοιποι
Μάρτυρες σοφώτατοι.
Ἔστι δ' ἀνδρὶ φάμεν
Ἐοικὸς ἀμφὶ Δαιμόνων κα-
λὰ· μείων γὰρ αἰτία.
Υἱὲ Ταντάλου, σὲ δ', ἀντί-
α προτέρων, φθέγξομαι,
Ὁπότ' ἐκάλεσε πα-
τὴρ τὸν εὐνομώτατον

Ἑς

---

nus, postquam eum splendido lebete exemerat Clotho, humero ebore nitente ornatum. Sane miracula sæpe, et nonnunquam etiam exornatæ commentis variis fabulæ, hominum mentes ipsa vera narratione efficacius decipere solent;

[*Str.* 2.] Gratiaque, quæ omnia efficit suavia mortalibus, etiam quod incredibile est, adferendo ei dignitatem, efficit credibile sæpenumero: tempora tamen futura testes verissimi. At hominem decet dicere de Diis honesta; minor enim sic culpa est [fingere.] Itaque te, fili Tantali, contra superiores poetas, dicam quando vocavit pater maxime legitimas ad epulas suamque Sipylum, vicissim Diis cœnam præbens, tunc tridente inclytum [deum] rapuisse

E puro ut extraxit lebete
Perniciem miserata Clotho,
Pulcreque eburno lætum humero dedit
Nitêre Divis. Plurima scilicet
Sparguntur in vulgus, volantque
Credula prodigium per ora,
Vetoque mendax Fabula valdius
Mentes venustis occupat artifex
Luditque formis. Quippe vatum
Gratia melliflui remulcet
Lepore cantus omnia, et adsito
Absurda honoris lumine vestiens
Fide vel omni sæpe cassis
Conciliat fidei colorem.
Verum sed ætas postera proferet
Prudens in auras testis, et optima
Judex. Honesto porro semper
Ore decet memorare Divos.
Nam culpa fantem sic minor arguit.
Ipse, ipse priscis, Tantalei puer,
Mendaciis (1) adversa Vates
Facta loquar, Sipylique (2) dicam
Ab urbe amicâ, quando tuus Deos
Alternus hospes legitimo Pater

Con-

(1) Affert historiam de Tantalo, et Pelope longe diversam ab ea, quæ vulgo tradebatur, ut pietatem erga Deos ostendat absurda et indigna damnando.

(2) Sipylus montis nomen, et urbis in Lydia Tantali patria, quæ Phrygiæ finitima erat, unde Phrygius a nonnullis putabatur Tantalus.

Εἰς ἔρανον, φίλαν τε Σίτυλον,
Ἀμοιβαῖα Θεοῖσι δεῖπνα παρέχων,
Τότ' Ἀγλαοτρίαιναν ἁρπάσαι,
Α. β'. Κ. ιζ.
Δαμέντα φρένας ἱμέρῳ,
Χρυσείαισί τ' ἀν' ἵπποις
Πάτον εὐρυτίμου
Ποτὶ δῶμα Διὸς μεταβᾶσαι·
Ἔνθα δευτέρῳ χρόνῳ
Ἦλθε καὶ Γανυμήδης
Ζηνὶ τῶνδ' ἐπὶ χρέος.
Ὡς δ' ἄφαντος ἔπε-
λες, οὐδὲ ματρὶ πολλὰ μαιό-
μενοι φῶτες ἄγαγον·
Ἔννεπε κρυφᾷ τις αὐτί-
κα φθονερῶν γειτόνων,
Ὕδατος ὅτι τε πυ-
ρὶ ζέοισαν ἀμφ' ἀκμαὶ
Μαχαίρᾳ τάμον κατὰ μέλη,
Τραπέζαισί τ' ἀμφιδεύτατον κρεῶν
Σέθεν διεδάσαντο, καὶ φάγον.
Ε. β'. Κ. ιγ'.
Ἐμοὶ δ' ἄτορα, γαστρίμαργον
Μακάρων τιν' εἰπεῖν.
Ἀφίσταμαι. ἀκέρδεια λέλογχεν

Θα-

[*Ant.* 2.] domitum animo amore, aureoque curru supremam multum venerandi ad domum Jovis [te] transtulisse, quo alio tempore venerat jam Ganymedes, Jovi idem ad ministerium. Ut vero non conspiciebaris amplius, nec ad matrem multum inquirentes viri te reduxerant: statim elam dixit aliquis invidorum vicinorum: aqua quod ad ignem vehementer fervente elixata cultro dissecuissent membra, mensisque frusta earnium tuarum distribuissent, et comedissent.

[*Epod.* 2.] A me vero impetrare non possum, ut helluonem Deorum aliquem dicam.

Convivio excepit, deditque
Justa sui monumenta cordis,
Amore victis sensibus enitens
Tridente Numen Te subitis equis,
Auroque distinctis per æthram
In rutilo rapuisse curru,
Late verendi sisteret ut Jovis
Supremâ in aulâ, tempore quo pares
Olim altero flavus Tonanti
Vênit et Iliades in usûs.
Hic, tute postquam visibus omnium
Sublatus îsti, nec cupidæ amplius
Lustrantium curæ sagaces
Reddere te valuere matri,
Viciniæ ultro tum malus invidæ
Furtim quis inquit, Te prope flammeos
Undantis ardores aheni
Sanguineo jacuisse scissum
In frusta ferro, grataque in ultimis
Mensis tuorum fercula viscerum
Comesse convivas. Deorum
Non ego sacrilegus voracem
Quemquam vocarim. Mens refugit nefas.
Damnosa crebro surgit in impias

Θαμινὰ κακαγόρως. Εἰ δὲ δή τιν' ἄν-
δρα θνατὸν Ὀλύμπου σκοποὶ ἐτίμα-
σαν, ἦν Τάνταλος οὗτος. ἀλλὰ γὰρ κατα-
πέψαι μέγαν ὄλβον οὐκ ἐδυ-
νάσθη· κόρῳ δ' ἕλεν
Ἄτᾳ ὑπέροπλον,
Τᾶν οἱ πατὴρ ὑπερκρέμα-
σε, καρτερὸν αὐτῷ λίθον,
Τὸν αἰεὶ μενοινῶν κεφαλᾶς βαλεῖν,
Εὐφροσύνας ἀλᾶται.
Σ. γ'. Κ. ζ'.
Ἔχει δ' ἀπάλαμον βίον
Τοῦτον, ἐμπεδάμοχθον
Μετὰ τριῶν τέταρτον
Πάνον· ἀθανάτων ὅτι κλέψας
Ἀλίκεσσι συμπόταις
Νέκταρ ἀμβροσίαν τε
Δῶκεν, οἷσιν ἄρθιτον
Θέσσαν· εἰ δὲ θεὸν
Ἀνὴρ τις ἔλπεταί τι λαθέ-
μεν ἔρδων, ἁμαρτάνει.
Τοὔνεκα προῆκαν υἱὸν
Ἀθάνατοί οἱ πάλιν
Μετὰ τὸ ταχύπτομον

Αὖ-

---

cam. Desisto. Calamitas consequi solet crebro maledicos. Immo vero si ullum mortalem Olympi custodes honorarunt, erat Tantalus hic; sed concoquere magnam felicitatem non potuit, insolentiaque sibi contraxit pœnam ingentem, qua pater ejus [Jupiter] superne appendit ponderosum ipsi lapidem, quem semper nitens a capite amoliri, lætitia aberrat [perpetuo mœrore angitur].

[*Str.* 3.] Agit vero ærumnosam hanc vitam, continuum hunc quartum post tertium laborem, Immortalium quoniam furto ablatum nectar ambrosiamque, quibus immortalem eum fecerant, æqualibus convivis dederat. Si quis enim clam Deo facere aliquid posse sperat, fallitur. Ideo remiserunt ei filium Immortales ad cito-moriturum

Vindicta linguas. Si virum quem
Aerii Vigiles Olympi
Certatim honoro munere largius
Auxere, talis gloria Tantalo
Donata mortali. Sed æquâ
Haud potuit malesanus altæ
Felicitatis mente pati bona.
Tumente fastu se saturum extulit
Ventosus, infandumque cepit
Inde sui pretium furoris.
Malum ultor olli non superabile
Pendêre jussit Juppiter in caput
Immane saxum. Gestit ille
Usque sibi miser imminentem
Arcere molem, semper at anxio
Abstare cordi lætitiam dolet.
Hanc ille vitam vivit orbam
Auxilio, stabilique vinctam
Angore, (1) quartâ cum tribus additâ
Pœna, quod almi pocula nectaris,
Queis risit immortalis ipse,
Ambrosiæque dapes profanis
Divina ferret furta sodalium
Gustanda labris. Fallitur, improba
Qui versat occultus, putatque
Omnituens latuisse Numen.
Natum ergo terræ rursus ad incolas,
Quos mergit atro mors cita funere,

(1) Quarta pœna, quæ tribus aliis a Jove fuit addita, saxum est, quo Tantalus suo capiti imminente perpetuo terretur præter sitim, famemque, et standi nunquam intermissam lassitudinem.

Αὔθις ἀνέρων ἔθνος.
Πρὸς εὐάνθεμον δ' ὅτε φυὰν
Λάχναί νιν μέλαν γένειον ἔρεφον,
Ἑτοῖμον ἀνεφράντισεν γάμον
Α. γ'. Κ. ιζ'.
Πισάτα παρὰ πατρὸς εὖ-
δοξον Ἱπποδάμειαν
Σχεθέμεν. ἄγχι δ' ἰλθὼν
Πολιᾶς ἁλὸς οἷος ἐν ὄρφνᾳ,
Ἄτυεν βαρύκτυπον
Εὐτρίαιναν· ἔδ' αὐτῷ
Παρὰ ποσὶ σχεδὸν φάνη.
Τῷ μὲν εἶπε· φίλι-
α δῶρα Κυπρίας, ἄγ', εἴ τι,
Ποσείδαον, ἐς χάριν
Τέλλεται, πέδασον ἔγχος
Οἰνομάου χάλκεον·
Ἐμὲ δ' ἐπὶ ταχυτά-
των πόρευσον ἁρμάτων
Ἐς Ἄλιν, χράτει δὲ πέλασον,
Ἐπεὶ τρεῖς γε καὶ δέκ' ἄνδρας ὀλέσας
Ἐρῶντας, ἀναβάλλεται γάμον

Ε. γ'.

---

turam rursus hominum gentem. In florida autem ætate quum lanugo nigrum ejus mentum coronasset, paratas animo volutavit nuptias

[*Ant.* 3.] illustris Hippodamiæ, quam a patre Pisata obtineret. Prope autem accedens ad canum mare solus in tenebris, inclamabat gravistrepum tridente-insignem Neptunum, isque ipsi ad pedes prope apparuit. Tum illi dixit: Amabilia dona Veneris, age, si quid, Neptune, gratiæ apud te habent, cohibe hastam Oenomai æream, meque in velocissimis deduc curribus ad Elim, victoriæque trade; nam tredecim jam amatoribus interemtis differt nuptias

Misere Cælestes. At exul
Floridulo generosus ævi
In vere, primum cum roseas nigra
Lanugo mâlas cingeret, obvium
Statim volutavit calenti
Pectore connubium, coruscam
Famâ per urbes Hippodamen sibi
Pisæo anhelans a patre virginem.
Jam matutis cani reductum
Litus adit, tacitâque solus
In nocris umbrâ clamat et invocat
Tonantem in undis, atque tricuspide
Telo renidentem: vocanti
Ante pedes Deus ipse coram
Augustus adstat. Cui puer: ah tibi,
Neptune, pectus suâvia Cypridos
Si dona mulcent, siste, quæso,
Siste mihi Aenomai (1) tremendam
Tu fortis hastam: tu super alite
Curru volantem me rape ad Elidis
Oras, et invicto cupitam
Porge tuis manibus coronam.
Tres namque postquam fulmineâ manu,
Decemque amantes perdidit impius,
Petentium longâ fatigat
Vota motâ thalamumque natæ.

(1) Oenomaus cum hasta a tergo currens sequebatur procum, et a tergo comprehensum transfigebat, ne virginem in certamine vinceret, quam victori fore sponsam promiserat.

Ε. γ'. Κ. ιγ'.

Θυγατρός. ὁ μέγας δὲ κίνδυ-
νος ἄναλκιν οὐ φῶ-
τα λαμβάνει· θανεῖν δ' οἵτιν ἀνάγκα,
Τί κέ τις ἀνώνυμον γῆρας ἐν σκότῳ
Καθήμενος ἕψοι μάταν, ἀπάντων
Καλῶν ἄμμορος; ἀλλ' ἐμοὶ μὲν οὗτος·
Ἆθλός γ' ὑποκείσεται· τὺ δὲ
Πρᾶξιν φίλαν δίδοι·
Ὡς ἔντεπεν· οὐδ' ἀ-
κράντοις ἐφάψατ' ὧν ἔπεσ-
σι. τὸν μὲν ἀγάλλων Θεὸς
Ἔδωκεν δίφρον χρύσεον, ἐν πτεροῖ-
σίν τ' ἀκάμαντας ἵππους.

Σ. δ'. Κ. ιζ'.

Ἔλεν δ' Οἰνομάου βίαν,
Παρθένον τε σύνευνον·
Τέκε δὲ λαγέτας ἕξ
Ἀρεταῖσι μεμαλότας υἱούς.
Νῦν δ' ἐν αἰμακομίαις
Ἀγλααῖσι μέμικται,
Ἀλφεοῦ πόρῳ κλιθείς,
Τύμβον ἀμφίπολον
Ἔχων πολυξενωτάτῳ πα-
ρὰ βωμῷ. τὸ δὲ κλέος

Τη-

[*Epod.* 3.] filiæ. Magnum quidem periculum imbellem virum non capit; mori autem quibus fatale, quid quæso aliquis ignobile senium, in tenebris sedens, concoquat frustra, omnium laudum expers? Atqui ego quidem hoc certamen subibo: tu vero eventum gratum dato. Sic dixit: neque irritis attigit eum precibus. Ei gratificans dedit Deus currum aureum alatosque indefessos equos.

[*Str.* 4.] Tum vicit Oenomaum fortem, virginemque duxit conjugem, genuitque duces sex, virtutum alumnos, filios. Nunc inferiis splendidis honoratur, ad Alphei alveum sepultus, tumulum undique patentem nactus, frequentissimam hospitibus apud aram.

Discrimen ingens haud animæ accipit
Imbellis ausûs. Ferrea si mori
Stat lex, quid unquam desidentem
In tenebris inhonoru[illegible]unus
Frustra senectam maceret [illegible]duæ
Virtutis expers? Hoc ego p[illegible]nus
Subibo certamen. Secundo
Tu recrea mihi fine cœptum.
Hæc ille supplex: dicta nec irrita
Tulêre venti. Dulce statim decus
Dat Numen, invisis refulgens
Curriculum radiis et auro,
Nulloque fessis impete præpetes
Equos in alis. Perculit hosticum
Sic ille Regem, cepit alti
Sic sociam thalami puellam,
Senâ (1) beatam progenie ducum,
Quos ipsa virtus lacte aluit suo
Amica nutrix. Nunc cruentas
Sacrifici (2) inferias honoris
Alphei ad undam compositus capit
Pandente densis hospitibus viam
Hinc inde busto, qua frequenti
Ara calet celebrata cultu.

Olym-

(1) Inter sex filios Pelopis celebres sunt Atreus et Thyestes, ceteri parum certi pro varietate interpretum.

(2) Græci juvenes quotannis in Peloponneso ac se flagris cædebant usque ad sanguinem juxta sepulcrum Pelopis, eoque cruore illi litabant.

Τηλόθεν δέδορκε τᾶν Ο-
λυμπιάδων, ἐν δρόμοις
Πέλοπος, ἵνα ταχυ-
τὰς ποδῶν ἐρίζεται,
Ἀκμᾶν τ' ἰσχύος θρασύποροι.
Ὁ δ' ἐκεῖνον δέ, λοιπὸν ἀμφὶ βίοτον
Ἔχει μελιτόεσσαν εὐδίαν,
Α. δ'. Κ. ιζ.
Ἄεθλων γ' ἕνεκεν. τὸ δ' ἀ-
εὶ παραμέρων ἐσλὸν,
Ὕπατον ἔρχεται παν-
τὶ βροτῷ. ἐμὲ δὲ στεφανῶσαι
Κεῖνον ἱππικῷ νόμῳ
Αἰολίδι μολπᾷ
Χρή. πέποιθα δὲ ξένον
Μή τιν' ἀμφότερα
Καλῶν τε ἴδριν ἄλλον, ἢ δύ-
ναμιν κυριώτερον,
Τῶν γε νῦν, κλυταῖσι δαιδα-
λωσόμεν ὕμνων πτυχαῖς.
Θεὸς ἐπίτροπος ἐ-
ὼν, τεαῖσι μήδεται,
Ἔχων τοῦτο κῆδος, Ἱέρων,
Μερίμναισιν. εἰ δὲ μὴ ταχὺ λίποι,

Ἔτι

---

aram. Gloria vero eminus fulget Olympicorum certaminum, in cursibus Pelopis, ubi velocitas pedum certat vigorque roboris indefessi; victorque reliquam per vitam dulcem tenet serenitatem

[*Ant.* 4.] victoriæ præmiis sibi paratam. Atque hæc constanter permanens felicitas summa est, quæ contingere potest ulli mortali. Me autem coronare istum [Hieronem) modis, quibus victoria equestris ornatur, æolico carmine oportet. Persuadeo mihi enim, me hospitem nullum et honestarum rerum peritiorem alium et potentia præstantiorem, ex nostris quidem hominibus, inclytis exornaturum esse hymnorum

stro-

Olympicorum fulgurat eminus
Visendus olli in pulvere gloriæ
  Certaminum splendor per amplam,
    Quam prior ipse iniit, palæstram,
Ubî volûcres incita vis pedum
Lacessit auras, et vigor arruum
  Torosus, audax pervicacem
    Sustinet omnimodis laborem.
Ter ille felix, præmia qui tulit
Æterna victor! Læta serenitas
  Superstiti vitam peremni
    Dulce rigat, reparatque melle.
Nam certa cunctos quæ venit obvia
Dies voluptas, summa homini venit.
  Equestris ergo lege palmæ
    Æolio (1) redimire cantu
Nunc gloriosum me Siculi decet
Nomen Tyranni. Non alium in viris,
  Quor nostra claros jactat ætas,
    Nec magè nobilium studentem
Rerum decôri, nec solidis opum
Magis potentem viribus hospitem
  Me dædalam plexâ per artem
    Posse reor celebrare laude.
Stat nempe curis, o Hiero, tuis
Tutela præsens, et tibi prosperâ,
  Quæcumque prægestîs apisci,
    Usque favens Deus urget aurâ.

Spe-

(1) *Æolio cantu*, qui idem est ac Doricus. Nam Æoles et Dores non admodum inter se dissimiles erant, ut neo sermo, nec modi cantus. Fortasse etiam pro Thebano cantu Æolium poeta dixit, quod Æoles olim Thebas incoluere.

Ἔτι γλυκυτέραν χεν ἔλπομαι
Ε. δ'. Κ. ιγ'.
Σὺν ἅρματι θοῷ κλείξειν,
Ἐπίκουρον εὑρὼν
Ὁδὸν λόγων, παρ' εὐδείελον ἐλθὼν
Κρόνιον. ἐμοὶ μὲν ὧν Μοῖσα καρτερώ-
τατον βέλος ἀλκᾷ τρέφει. ἐν ἄλλοι-
σι δ' ἄλλοι μεγαλοι· τὸ δ' ἔσχατον κορυ-
φοῦται βασιλεῦσι. μηκέτι
Πάπταινε πόρσιον.
Εἴη σέ τε τοῦτον
Ὕψοῦ χρόνον πατεῖν, ἐμέ
Τε τοσσάδε νικαφόροις
Ὁμιλεῖν, πρόφαντον σοφίᾳ καθ' Ἕλ-
λανας ἰὼν τα παντᾷ.

ΠΙΝΔ.

---

strophis. Deus adjutor tuis prospicit cum sollicitudine, o Hiero, curis. Hic nisi cito te destituet, adhuc suaviorem spero

[*Epod.* 4.] cum quadriga celeri [victoriam tuam] me celebraturum, apto carminis argumento reperto, ad apricum accedens collem Cronium. Mihi Musa validissimum robore telum servat. Aliis rebus alii excellunt, summaque felicitas fastigiatur regibus. Noli speculare ulterius. Utinam et tu talis in sublimi diu incedas; et ego inter tantos victores versor, conspicuus canendi arte inter Græcos ubique.

Digitized by Google

Speto, vigenti ni cito desinat
Adesse felix, me mage dulcius
Tibi daturum carmen olim,
Cum Cronii juga collis ardens
Aprica Soli percutiam sono,
Lateque apertâ carminibus viâ
Victricis insignem quadrigæ
Mente novâ referam triumphum.
Annorum in iras (1) missile præpotens
Mi Musa nutrit. Clarior altero
Honore it alter. Rex supremum
Lucis habet, decorumque culmen.
Sit meta votis, nec vaga longius
Protende spectans lumina. Sit tibi
Per celsa vadenti benignâ
Sorte datos peragrare vitæ
Sublimis annos, et mihi talium
Victorum amicis fulgere cætibus
Ubique Musæâ Pelasgas
Conspicuum sophiâ per urbes.

(1) *Missile præpotens*: hoc tropo sapissime laudes et carmina cum sagittis comparans, quæ Pindarus utitur ad exprimendam vim postissm metam petunt.

OLYMPICÆ SECUNDÆ

ARGUMENTUM.

CElebratur in hac Ode Theron Ænesidemi filius Agrigenti Rex, qui septuagesima septima Olympiade in Elidis certamine quadrigis victoriam retulit. Is a Cadmo per Thersandrum Polynicis filium ex Argea Adrasti illustrissimum duxit genus. Verum non minus ipse, quam majores ejus, adversam per vices et prosperam fortunam expertus est. Divitiis ut qui maxime abundavit, iisque novit ad res præclaras sapienter uti. Virtutibus autem omnibus regiis, munificentia præsertim large in omnes effusa delicium populi fuit, et Agrigenti felicitas. Tali tantoque Principi sublime carmen ob adeptam palmam daturus Pindarus hæret initio statim inter Jovem, Herculem, et Theronem anceps quem potissimum canat, et hymnos musicæ ministros, et poeseos ardens rogat, ut sibi eorum merita sane grandia contemplanti dubitationem tollant. Ludorum, inquit, Olympicorum Præses Juppiter est, eorum restitutor Hercules, et Theron in illis modo Victor magnificus. Quis horum nobis, qui singuli summi sunt, celebrandus nunc est? Nihil pendeo amplius animi. Decet enim post Deos, et Heroas viros etiam eximios canere. Resonabo igitur alta voce Theronem, qui Palæstram Jovi sacram et renovatam ab Hercule sua virtute illustravit. Qualis ille, quantusque est! Hospitalis, juris cultor et custos, Agrigenti columna, urbium salus, justitiæ lumen, et præstantissimus excellentium majorum flos. Malis hic bonisque mixtam Theronis vitam recordatus poeta ejus proavos diu primum multumque afflictos variis casibus ad sacras Acragantis amnis ripas in urbe cognomine, Athenis Rhodoque relictis felices tandem sistit, ibique in tuta tranquillaque locatos sede, velut oculos, illuxisse gaudet Siciliæ, et eorum divitias et honorem ex solidis congenitisque virtutibus undecunque

Digitized by Google

que exsurgentem aspiciens ad Jovem omnium dominum sollicita prece convertitur, eumque supplex orat, ut hymni sui delinitus munere servare velit etiam postero generi, Theroni scilicet, et Xenocrati, florens semper et omnino pacificum natale solum, et aviti regni splendorem. Polyzelus scilicet Hieronis frater, cum in ejus suspicionem incidisset, ad Theronem socerum confugisse dicitur, et una cum ipso Hieroni bellum intulisse cum magno suo, et Theronis damno. Profligatus enim exercitus, victus Theron, regnoque spoliatus est. Verum non multo post per Simonidem inter Reges conciliata pax est, restitutum Theroni sceptrum, ejusque soror Hieroni in uxorem accepta. Hanc rerum vicissitudinem occulte attingit Pindarus, et quidquid a Regibus factum fuit, cum ab ipso tempore omnium parente infectum reddi nequeat, oblivioni tradendum censet, lætaque objecta sortis exstinguendum. Nam quando fanstitas longos duratura in annos e cælo missa mortalibus obvenit, superante lætitia victum malum omne solvitur penitus et evanescit. Testes sunt Cadmi Filiæ, quibus horrenda mala perpetuam demum attulere jucunditatem vitæ. Adusta tremendo fulmine interiit Semele, sed inter Cælites nunc illa vivit, novumque explicat solutis crinibus decorem formæ, amata Palladi et Jovi valde, et hederigero Nato. Vivit Ino cum prole Nerei in marinis recessibus Dea facta, et immortali ævo in omne tempus renidet. Postquam vero Theroni præteritarum ejus ærumnarum solatium, succedentem adversis rebus felicitatem ob oculos Poeta posuit, ne prosperæ nimium fidat fortunæ, seseque ab omni parte jam beatum putet, humanæ vanitatem celsitudinis, necessariam instabilitatem bonorum, certam et acerbam eorumdem privationem, incertumque ipsum vitæ gaudiorumque tempus repræsentat ipsi, quasi mare, quod alternis voluptatum dolorumque fluctibus perpetuo agitatur et æstuat, spesque omnes et fastus repentino vortice absorbet. Atque ut altius in Principis animo tantarum rerum veritas imprimatur, Providentiam eamdem illam, quæ Nepotibus jucundam sortem cum altis opibus nunc propitia largitur, alio tempore illius majoribus magnam cladem intulisse monet propter Œdipi scelus. Nescit ille

recti amator a summis quoque viris patrata crimina dissimulare, ut intelligant, qui in excelso degunt, se esse homines imbecillæ naturæ, iisque vitiis, quibus infimi corrumpi solent, aliquando et ipsos turpari. Nihil enim magis utile ac salutare est homini cujuscumque ordinis, quam insitam cognatamque sibi infirmitatem cognoscere. Quamobrem impium parricidæ facinus, ejusque prolis belligeræ aperte a Pindaro memoratur cruenta et mutuo transfixa vulnere ambitio. Divina tamen clementia Polynicis filius Thersander relictus est regio sanguini, Ænesidemi futurus pater, Victorisque Theronis avus. Nova hic oritur fortunæ conversio. Sonant carmina et lyræ nostri Regis victoriam eo gratiorem, quo majora ille antea mala passus est. Præmium canitur Olympiæ ab eo acceptum, præmium etiam quadrijugi currus commune ipsi cum strenuo fratre Xenocrate in Pythio Isthmioque certamine nobilissimum. Degustat Theron solutus curis, quas in curulem apparatum impenderat, voluptatem palmæ, et opulentiæ cum virtute laudumque studio conjunctæ pulcherrimum fructum capit. Talis enim opulentia præclararum rerum gerendarum acrem et altum amorem suscitat eorusca homini stella et incorruptum veritatis lumen. Dives virtute instructus ad æterna se natum videt, et opibus, tanquam alis, sibi esse ascendendum putat ad ea commodius contemplanda, quæ hominem decent honestum, et serio cogitantem, quid tandem post hujus vitæ curriculum futurum sit. Nulla unquam digressio opportunior ulli accidit, quam Pindaro in re præsenti, qua laudandus est illi Princeps, qui virtutis, non superbiæ ministras habet opes, et emendandus tacite Agrigenti populus, qui opibus ad delicias et luxum pessime abutitur. Aperit ille igitur Inferorum loca, et Elysii hortos, vividoque omnia penicillo pingit horrenda pariter et amœna, quæcumque illic justo consilio malis bonisque hominibus parata videt. Infando ibi sistit alios cruciatu oppressos, deliciis alios gaudentes æternis, quod ad tertiam usque traductionem animæ probe in terris vixere. Neque inanis hujusmodi descriptio est, qua consobrinos Theronis ingratos, invidos et furiosos homines venturis suppliciis terret, ac Theroni pacifico justoque Principi debitum post mortem vir-

virtutis præmium ostendit in ea Beatorum insula, in qua Cadmus auctor generis, Pelops et Achilles propter innocentiam, fortitudinem et malorum tolerantiam felicissimo fruuntur ævo. Postremo loco poeticæ facultatis suæ laudationem addere nihil timet Poeta, ut iis, quæ hactenus cecinit, auctoritatem conciliet apud Regem, a quo semper in pretio est habitus summo, et honore cultus supra ceteros poetas omnes. Ait itaque audaci fastu plenus poesim indicans suam se gerere tela plurima in pharetra, quæ rapido feruntur impetu, et alta sonant doctorum auribus, sed interprete apud vulgus opus habent, atque illum vere poetam esse, cui sponte carmen indita ingenii vena ministrat, non illum, quem magistri disciplina poetam facit loquacitate valentem, et inaniter, quasi corvum, crocitantem adversus avem divinam Jovis. Jam tendit arcum et sagittam vibrat turbaturam æmulos in Agrigentum dirigens ad Theronis gloriam, juratque veraci lingua, nullam urbem centenis annis protulisse virum, qui animo in amicos propensior esset, et manu largior, quam Theron. Tentarunt invidi homines modis omnibus incorruptum admirandæ virtutis lumen exstinguere. Sed frustra. Profligati enim sunt hostes, et victi jacent ingrati, Regisque Siculi per omnium ora volat nunquam satis prædicanda laudibus liberalitas, cum ejus benefacta arenam maris numero exæquent. Hæc hymni adumbratio est ex infortuniis opibusque Theronis orta, amplificata sublimiter, digressionibus animata, et gravibus splendidisque præceptis usquequaque distincta, et omnino, si ingenii demas ostentationem, perfecta.

ΠΙΝΔ. ΟΛΥΜΠ.

εἶδος β'.

ΘΗΡΩΝ ΑΚΡΑΓΑΝΤΙΝΩι.

Ἅρματι.

Σ. ά. Κ. ιδ'.

Ἀναξιφόρμιγγες ὕμνοι,
Τίνα θεόν, τὼ ἥρωα,
Τίνα δ' ἄνδρα κελαδήσομεν;
Ἦτοι Πίσα μὲν Διὸς·
Ὀλυμπιάδα δ' ἔστα-
σεν Ἡρακλείης,
Ἀκρόθινα πολέμου·
Θήρωνα δὲ τετραορίας
Ἕνεκα νικαφόρου
Γεγωνητέον ὀπὶ
Δίκαιον ξένον,
Ἔρεισμ' Ἀκράγαντος,
Εὐωνύμων τε πατέρων
Ἄωτον ὀρθόπολιν·

Α. ά. Κ. ιδ'.

Καμόντες οἳ πολλὰ θυμῷ,
Ἱερὸν ἔσχον οἴκημα

Πο-

OLYMP. II.

[*Str.* 1.] Citharam regentes hymni, quem Deum, quem Heroa, quemve Virum cantabimus? Sane Pisa quidem Jovi sacra, Olympicumque certamen instituit Hercules, primitias manubiarum belli. At Theronem quadrigas ob victrices celebrare juvat voce, justum hospitem, columen Agrigenti, clarorumque patrum in civitate regenda decus.

[*Ant.* 1.] Qui cum laborassent multum animo, sacram fluvii tenuere sedem, Sicilixque

OLYMPIA.

THERONI AGRIGENTINO.

CURRU.

ODE ALCAICA II.

Hymni (1), sonantem qui regitis lyram,
Quem nunc Deorum, vel similem Deo
Heroa, Mortalemve celsis
Eximium meritis canemus?
Est grande summo Pisa Jovi decus,
Ditesque belli (2) primitias dedit
Olympicâ Alcides arenâ
Stare novi monumenta Ludi.
Sed voce Theron clarus ab alitis
Cursum quadrigæ postulat ignea
In astra tolli, juris ille
Hospitibus sine fraude cultor,
Fulcimen altæ nobile patriæ,
Vigilque custos et pater urbium,
Et inclytorum flos vetusto
Semine progenitus parentum.
Hi post labores, et mala pectore
Excepta forti fluminis (3) ad sacras

Se-

(1) Hymni regea citharæ dicuntur, quia primum carmina componuntur, deinde ad illa aptatur cithara, ut suum poesi det concentum.

(2) Manubias belli, quas victo Augia dicavit Herculea Jovi.

(3) Agrigentum ad Acragantem fluvium sacrum vocat, vel quia Minervæ Templum ibi erat celeberrimum, vel quia urbs illa a Jove in dotem Proserpinæ fuisse data narratur.

Digitized by Google

Ποταμοῦ, Σικελίας τ' ἔταν
Ὀφθαλμὸς· αἰὼν τ' ἔφε-
πε μόρσιμος, πλοῦτόν
Τε καὶ χάριν ἄγων
Γνησίαις ἐπ' ἀρεταῖς·
Ἀλλ', ὦ Κρόνιε παῖ Ῥέας,
Ἕδος Ὀλύμπου νέμων,
Ἀέθλων τε κορυφὰν,
Πόρον τ' Ἀλφεοῦ,
Γανθεὶς ἀοιδαῖς,
Εὔφρων ἄρουραν ἔτι πα-
τρίαν σφίσιν κόμιζον

Ε. ά. Κ. ή.

Λοιπῷ γένει. τῶν δὲ πεπραγμένων,
Ἐν δίκᾳ τε καὶ παρὰ δίκαν,
Ἀποίητον οὐδ' ἂν
Χρόνος, ὁ πάντων πατήρ,
Δύναιτο θέμεν ἔργων τέλος.
Λάθα δὲ πότμῳ σὺν εὐδαίμονι γένοιτ' ἄν.
Ἐσλῶν γὰρ ὑπὸ χαρμάτων,
Πῆμα θνάσκει παλίγκοτον δαμασθέν,

Σ. β'. Κ. ιδ'.

Ὅταν θεοῦ μοῖρα πέμπῃ
Ἀνέκας ὄλβον ὑψηλάν.

Ἔτι-

---

liæque fueruot lumen: tum vita eos sequebatur felix opes gratiamque adferens genuinis virtutibus. Sed o Saturnie, nate Rhea, sedem Olympi gubernans, certamioumque apicem, alveumque Alphei exhilaratus hymnis, agrum patrium serva propitius porro ipsorum

[*Epod.* 1.] postero generi. Quæ facta quidem sunt, seu juste seu iojuste, horum irritum ne tempus quidem omnium parens possit efficere eventum; in oblivionem tamen, secundam inter fortunam, veoire possunt. Prosperæ enim felicitatis usu malum infestum perit superatum,

[*Str.* 2.] quaodo Dei numen mittit eminus beatitatem excelsam. Congruit sen-

teo-

Sedêre ripas, et Sicanæ,
Tanquam oculi, nituere terræ.
Risit beatis lætior in dies
Fortuna magnas larga ferens opes,
Veræque virtuti verendum
Undique concilians honorem.
Saturnie, oro, dulce Rheæ genus,
E sede Olympi qui caput aspicis
Sublime ludorum, tuique
Eliadas regis amnis undas,
Roratus almi nectare carminis
Fovere gentem perge magis, magis,
Natisque avitum, posteroque
Da generi sine fine regnum.
Quodcumque factum jam semel exstitit,
Non illud æquâ lege (1) vel ordine
Rupto irritum reddet voluti
Temporis omniparens potestas;
Secunda solum sors potis in sinu
Oblivionis mergere. Nam mali
Vis omnis adverso potentis
Lætitiæ perit icta pulsu,
Clemente quando a Numine faustitas
Longos in annos prospera mittitur.

(1) Nec per fas, nec per nefas, h. e. nec solito rerum ordine, nec præter morem quicquam ex præteritis mutari potest.

Ἕπεται δὲ λόγος εὐθρόνοις
Καδμοιο κούραις, ἴπα-
θον αἳ μεγάλα. πένθος
Δὲ πιτνεῖ βαρὺ
Κρεσσόνων πρὸς ἀγαθῶν.
Ζώει μὲν ἐν Ὀλυμπίοις,
Ἀποθανοῦσα βρόμῳ
Κεραυνοῦ, ταυίθει-
ρα Σεμέλα· φιλεῖ
Δὲ μιν Παλλὰς αἰεί,
Καὶ Ζεὺς πατὴρ μάλα· φιλεῖ
Δὲ παῖς ὁ κισσοφόρος.

Α. β'. Κ. ιδ'.

Λέγοντι δ' ἐν καὶ θαλάσσᾳ
Μετὰ κόραισι Νηρῆος
Ἁλίαις βίοτον ἄφθιτον
Ἰνοῖ τετάχθαι τὸν ὅ-
λον ἀμφὶ χρόνον. Ἦτοι
Βροτῶν κέχριται
Πεῖρας οὔ τι θανάτου,
Οὐδ', ἀτύχιμον ἀμέραν
Ὁπότε, παιδ' ἁλίου,
Ἀτειρεῖ σὺν ἀγαθῷ
Τελευτάσομεν.

Ῥοαὶ

---

tentia in pulchrithronas Cadmi filias, passæ sunt quæ magna; sed concidit gravis luctus potiori suppressus felicitate. Vivit inter cælites interemta quidem fragore fulminis passis-crinibus Semele, semper adamat eam Pallas et Juppiter Pater, amatque Filius hederiger.

[*Ant.* 2.] Ajunt vero etiam in mari inter Nerei filias marinas vitam per omne tempus immortalem Inoi constitutam. Sane mortalium non cognitus est terminus mortis, ne diem quidem unum, filium solis, quando tranquillum stabili eum fortuna

acturi

Firmant venustis nunc locatæ
In soliis mea dicta testes
Cadmi Puellæ, quas prius obruit
Infanda clades. Sed supero boni
Majoris adventu repressi
Anxiferi cecidere luctûs.
Immixta Divis vivit ab ignibus
Sospes fragosi fulminis, et novum
Læta explicat cælo solutâ
Cæsarie Semelê decorem.
Hanc usque Pallas (1), Palladis et Pater
Amore magno diligit; hanc Puer
Amplectitur matrem renidens
Implicitis hederæ corymbis.
Ino ipsa in imis fluctibus æquoris
Cum prole Nerêi cæruleâ frui
Florente vitai per ævum
Dicitur inviolata dono.
Ah scire nulli fas homini, an nigræ
Sub lege mortis vita, vel aureo
Lux una tantum sole nata
Incolumi, placitoque fine
Claudatur inter gaudia! perpete

(1) Vel ut inter Deas versantem, vel ut indigenam Deam. Nam Minervæ simulacrum Cadmus pater in Oncis Bœotiæ vico posuit.

Ῥοαὶ δ' ἄλλοτ' ἄλλαι
Εὐθυμιᾶν τε μέτα καὶ
Πόνων ἐς ἄνδρας ἔβαν.
Ε. β'. Κ. η'.
Οὕτω δὲ Μοῖρ', ἅ τε πατρώϊον
Τῶνδ' ἔχει τὰν ἴυφρονα πότμον,
Θεόρτῳ σὺν ὄλβῳ
Εἰπί τι καὶ πῆμ' ἄγει
Παλιντράπελον ἄλλῳ χρόνῳ·
Ἐξ οὗ περ ἔκτεινε Λάϊον μόριμος υἱὸς
Συναντόμενος, ἐν δὲ Πυ-
θῶνι χρηστὸν παλαίφατον τέλεσσεν.
Σ. γ'. Κ. ιδ'.
Ἰδοῖσα δ' ὀξεῖ Ἐρινὺς
Πέρνεν ἰοῖ σὺν ἀλλαλο-
φονίᾳ γένος ἀρήϊον.
Λείφθη δὲ Θέρσανδρος ἰ-
ριπόντι Πολυνείκει,
Νέοις ἐν αἴθλοις
Ἐν μάχαις τε πολέμου
Τιμώμενος, Ἀδραστιδᾶν
Θάλος ἀρωγὸν δόμοις.
Ὅθεν σπέρματος ἔχον-
τα ῥίζαν, πρέπει

Τὸν

---

acturi sinus. Vicissitudines enim gaudiorum et ærumnarum alias aliæ ad homines accedere solent.

[*Epod.* 2.] Atque sic Numen, quod paternam istorum tuetur lætam fortunam divinamque opulentiam, aliquam etiam contrariam alio tempore cladem induxit, dum quidem interfecit Lajum fatalis filius obviam factus, Pythonisque antiquum oraculum perfecit.

[*Str.* 3.] Quod quum vidisset acris Erinnys, occidit mutua exde sobolem ejus bellicosam. Superstes autem mansit Thersander interemto Polynici, juvenilibus in certaminibus præliisque belli gloria insignis, Adrastidarum germen. E cujus semine

quum

Fluctu voluptas et dolor ingruunt,
Et turbido miscent vicissim
Ancipites animos tumultu.
Sic Numen olim, quod meritæ facit
Jucunda genti nunc proavum bona,
Ac fonte deducit beato
Divitias, truculenta sævæ
Et damna sortis lucriferâ vice
Immisit, ex quo filius in (1) patrem
Fatalis insurgens acuto
Mentis inops latus ense fôdit,
Et prisca Phœbi dicta miser suis
Complevit ausis. Acri acie nefas
Irata vidit, martiamque
Sacrilego sobolem parenti
Fraterna flammans pectora mutuis
Erynnis armis sustulit. Hinc tamen
Thersander, exstincto cruentis
Vulneribus Polynîce, mansit
Illustris heros in juvenilibus
Ludis, et aspri in turbine prœlii,
Adrastidis germen, suique
Sanguinis (2) imperiosus ultor.
Radice ab istâ semen, et eminens
Ænesidemo natus habet genus,

Qui

(1) In Laium Labdaci Thebarum Regis filium, et Jocastæ maritum, et Oedipi patrem.
(2) Thersandet renovans bellum a suis majoribus Thebano olim populo illatum magno exercitu comparato Thebarum regnum recuperavit, quo pater illum injuste spoliaverat.

Τὼν Αἰνησιδάμου
Ε'γκωμίων τε μελέων
Λυρᾶν τε τυγχανέμεν.
A. γ'. K. ιδ'.
Ο'λυμπίᾳ μὲν γὰρ αὐτὸς
Γέρας ἔδεκτο· Πυθῶνι
Δ' ὁμόκλαρον ἐς ἀδελφεὸν,
Ι'σθμοῖ τε, κοιναὶ χάριτες ἄνθεα τεθρίππων
Δυωδεκαδρόμων
Ἄγαγον. τὸ δὲ τυχεῖν,
Πειρώμενον ἀγωνίας,
Παραλύει δυσφρόνων.
Ο' μὲν πλοῦτος ἀρεταῖς
Δεδαιδαλμένος
Φέρει τῶν τε καὶ τῶν
Καιρὸν, βαθεῖαν ὑπέχων
Μέριμναν ἀγροτέραν,
E. γ'. K. ή.
Α'στὴρ ἀρίζηλος, ἀλαθείᾳ
Ἀνδρὶ φέγγος. εἰ δέ μιν ἔχει
Τίς, οἶδεν τὸ μέλλον,
Ο'τι θανόντων μὲν ἐν-
θάδ' αὐτίκ' ἀπάλαμνοι φρένες

Ποι-

quum Æneſidami filius egerit radices, hunc decet carminum lyræque conſequi laudes.

[*Ant.* 3.] Olympiæ enim ipſe præmium accepit, Delphis vero inque Iſthmo quadrigarum duodecies curriculum emenſarum flores in conſortem etiam fratrem communes Gratiæ deduxerunt. Felix autem ſucceſſus experientem certamen liberat ab ærumnis. Opulentia virtutibus ornata ſuſtinet adverſa et ſecunda, utut obveniunt, adhibito graviore ſeverioreque judicio,

[*Epod.* 3.] ſidus inſigne, verum homini lumen. quam ſi quis tenet, novit is futurum, quod mortuorum illic ſtatim impiæ mentes pœnas luunt. Namque delicta

in

Digitized by Google

Qui laudis exspectat sonanti
Justa melê socianda plectro,
Quippe ipse dium cepit Olympicæ
Insigne palmæ, cepit et aureas
Frondes quadrigarum potitâ
Bis stadii, deciesque metâ
Instante cursu, Delphici et Isthmii
Æterna ludi præmia, quæ suis
Illique consortique fratri
Extulêrunt Charites viretis.
Certare durum. Sed labor exitûs
Compos secundi tristitiam exuit,
Et aspera expertam molestâ
Nube levat, recreatque mentem.
Ridente virtutum agmine scilicet
Stipata rerum mille (1) Opulentia
Recludit usûs, et profundis
Sensa fovet meditanda curis,
Corusca justo stella homini, et potens
Ministra veri. Qui rutilam aspicit,
Ducemque sectatur (2), futuræ
Fata videt patefacta sortis;
Quas efferatæ nequitiæ luant
Pœnas soluti corpore spiritûs;

Utque

(1) Tribuuntur Opulentiæ quæ de iis prædicantur, qui divitias possident.

(2) Dives virtute instructus ad præclara gerenda intelligit sibi esse ab injuria abstinendum, quia post mortem pœnæ injustos manent.

Ποινὰς ἔτισαν. τὰ δ' ἐν τῷδε Διὸς ἀρχᾷ
Αἰλιτρά, κατὰ γᾶς δικά-
ζει τις, ἐχθρᾷ λογον φράσας ἀνάγκᾳ·
Σ. δ'. Κ. ιδ'.
Ἴσον δὲ νύκτεσσιν αἰεί,
Ἴσα δ' ἐν ἁμέραις ἄλι-
ον ἔχοντες, ἀπονέστερον
Ἐσθλοὶ νέμονται βίο-
τον, οὐ χθόνα ταράσσον-
τες ἀλκᾷ χερῶν,
Οὐδὲ πόντιον ὕδωρ,
Κεινὰν παρὰ δίαιταν· ἀλ-
λὰ παρὰ μὲν τιμίοις
Θεῶν, οἵτινες ἔχαι-
ρον εὐορκίαις,
Ἄδακρυν νέμονται
Αἰῶνα· τοὶ δ' ἀπροτόρα-
τον ὀχέουτι πόνον.
Α. δ'. Κ. ιδ'.
Ὅσοι δ' ἐτόλμασαν ἐς τρὶς
Ἑκατέρωθι μείναντες
Ἀπὸ πάμπαν ἀδίκων ἔχειν
Ψυχάν, ἔτειλαν Διὸς
Ὁδὸν παρὰ Κρόνου τύρ-
σιν· ἔνθα μακάρων

Νᾶσον

in hoc Jovis imperio sub terra judicat aliquis invisa sententiam dicens necessitate:
[*Str.* 4.] at boni nocte semper dieque eodem sole fruentes ærumna carentem degunt vitam, non terram turbantes robore manuum, neque ponticum mare, inanem propter victum: sed apud principes Deorum, quicunque studuerunt virtuti, illacrymosam agunt vitam; illi vero adspectu horrendam tolerant ærumnam.

[*Ant.* 4.] Quotquot vero sustinuerunt, ter utrobique degentes, ab omni injustitia animum continere, illi perfecerunt Jovis viam ad Saturni urbem, ubi beatorum insulam

Utque illa, quæ fiunt in isto
Multa Jovis (1) scelerosa regno,
Infeina terræ sub loca judicet
Timendus unus, fortis et integer
Quæsitor in sontes, et iræ
Sæva ligans adamante jura;
Videt, micantem semper ut omnibus
Simul diebus, noctibus et simul
Solem intuentes dulce vitam
Omnigeni vacuam laboris
Degant Honesti. Non manuum gravi
Terram fatigant robore, non maris
Undantis æstum, quo caduci
Vana parent sibi lucra victûs.
Verenda propter Numina tristibus
Carente curis et placido undique
Fruuntur ævo cincti amatâ
Justitiæ Fideique luce,
Quâ quisque primum fulserat, impia
Dum gens in umbris horrida sustinet
Tormenta, quæ contra tueri
Non oculi queat ulla virtus.
At, qui ter (2) imis et superis moram
Duxere in oris, atque animæ nigrum
Arcere crimen parte ab omni
Indomito valuere nisu,
Datam terentes ab Jove semitam
Saturni ad urbem turrigeram meant,

(1) Imperium cæli et terræ datum Jovi a poetis est, maris Neptuno, Erebi Plutoni.
(2) Ex sententia Pythagoræ, qui trinam animæ migrationem fecissent ab omni culpa abhorrentes, in Insulam beatorum a Rhadamantho mittebantur.

Νᾶσον ὠκεανίδες
Αὖραι περιπνέουσιν· ἄν-
θεμα δὲ χρυσοῦ φλέγει,
Τὰ μὲν χερσόθεν, ἀπ' ἀ-
γλαῶν δενδρέων,
Ὕδωρ δ' ἄλλα φέρβει·
Ὅρμοισι τῶν χέρας ἀνα-
πλέκοντι καὶ στεφάνοις·
Ε. δ'. Κ. ή.
Βουλαῖς ἐν ὀρθαῖς Ῥαδαμάνθυος·
Ὃν πατὴρ ἔχει Κρόνος ἕτοι-
μον αὐτῷ παίδρον,
Πόσις ὁ πάντων Ῥέας
Ὑπέρτατον ἐχούσας θρόνον.
Πηλεύς τε καὶ Κάδμος ἐν τοῖσιν αἰλέγονται·
Ἀχιλλέα τ' ἔνεικ', ἐπεὶ
Ζηνὸς ἦτορ λιταῖς ἔπεισε, μάτηρ·
Σ. ί. Κ. ιδ'.
Ὃς Ἕκτορ' ἔσφαλε, Τροίας
Ἄμαχον ἀστραβῆ κίο-
να· Κύκνον τε θανάτῳ πόρεν·
Ἀοῦς τε παῖδ' Αἰθίο-
πα. Πολλά μοι ὑπ' ἀγκῶ-
νος ὠκέα βέλη

Ἔνδον

---

sulam Oceanitides auræ perspirant, floresque aurei fulgent, humo pulcrisque arboribus aquaque progerminantes, unde monilibus et coronis implicant manus,

[*Epod.* 4.] secundum decreta justa Rhadamanthi, quem Pater habet Saturnus paratum sibi adsessorem, maritus Rheæ omnium supremam tenentis sedem. Peleus et Cadmus inter hos coluntur. Achillemque adduxit, quum Jovis animum precibus flexisset, mater,

[*Str.* 5.] qui Hectorem prostravit, Trojæ inconcussam firmam columnam; Cycnumque letho dedit, Auroræque filium Æthiopem. Multæ mihi sub cubito celeres sagittæ

Ubi Insulam (1) perflat piorum
Oceani levis aura, et auro
Passim renident divite flosculi:
Pars tetræ amœno proditur e sinu,
Pars arborum densis coruscat
Pendula, luxuriatque ramis,
Proles aquai pars vitreis natat
Riderque stagnis roscida. Crinibus
Hinc serta, et armillas lacertis
Turba legit, Rhadamanthus æquo
Ut jure sanxit maximus Arbiter,
Sibi adsidentem quem pater omnium
Saturnus, e summo remotos
Cælicolas solio videnris
Rheæ Maritus, justificum tenet
Prompti ministrum consilii. Piis
Lætantur adscripti per illa
Deliciis loca plena Peleus
Cadmusque; et ipsum, posrquam animum Jovis
Inflexit ardens sollicitâ prece
Et lacrimis, illuc superbum
Diva tulit genitrix Achillem,
Qui Trojæ adurgens trux adamantinam
Stantem columnam proruit Hectora,
Cycnumque, et Auroræ nigrantem
Horrificum Juvenem peremit.
Multæ in pharetrâ stant lateri mihi

(1) Felicitas Insulæ, quæ tribus potissimum rebus constat. Perflatur primum Oceani lenibus auris; sureis deinde floribus scatet; Judicem demum Rhadamanthum habet assessorem Saturni, virosque clarissimos loci incolas corollis omnes et armillis ornatos.

Ἔνδον ἐντὶ φαρέτρας
Φωνᾶντα συνετοῖσιν· ἐς
Δὲ τὸ πᾶν, ἑρμηνέων
Χατίζει. σοφὸς ὁ πολ-
λὰ εἰδὼς φυᾷ·
Μαθόντες δὲ, λάβροι
Παγγλωσσίᾳ, κόρακες ὡς,
Ἄκραντα γαρύετον,
A. έ. K. ιδ'.
Διὸς πρὸς ὄρνιχα θεῖον.
Ἔτυχε νῦν σκοπῷ τόξον,
Ἄγε, θυμέ. τίνα βάλλομεν
Ἐκ μαλθακᾶς αὖτε φρε-
νὸς εὐκλέας οἰστοὺς
Ἵεντες; ἐπὶ τοι
Ἀκράγαντι τανύσαις,
Αὐδάσομαι ἐνόρκιον
Λόγον ἀλαθεῖ νόῳ,
Τεκεῖν μήτιν' ἑκατὸν
Γε ἐτέων πάλιν
Φίλοις ἄνδρα μᾶλλον
Εὐεργέταν πραπίσιν, ἀ-
φθονέστερόν τε χέρα,

E. έ.

---

sagittæ intra sunt pharetram sonantes intelligentibus, ad vulgus autem interpretibus indigent. Is demum est sapiens, qui multa scit naturæ sagacitate; at discendo sapientes facti procaces loquacitate ceu corvi irrita garrientes

Ant. 5. certant Jovis cum alite divino. Age, anime, intende nunc ad metam arcum. Quemnam petimus missis ex benevola rursus mente gloriosis telis? Sane Agrigentum intendens dicam jusjurandum veraci mente, nullam urbem centum intra annos progenuisse virum animo in amicos beneficentiorem manuque largiorem

Doctis sagittæ pennigeræ auribus
Altum insonantes, sed retuso
Ambigui sonirûs popello.
Ille ille vates (1) mi sapit, indita
Cui sponte carmen vena dat ingenî.
Namque arte factus garrienti
Ore valet, petulansque (2) corvus
Inane jactat murmur in alitem
Dium Tonantis. Dirige, dirige
Nunc fortis arcum, lucidamque,
Vis animæ, jaculare meram.
At mente amicâ quem petimus virum
Justæ vibrantes spicula gloriæ?
In Agrigentum mitto vates
Ocyus aligeram sagittam,
Simulque veri pectoris indice
Nunc voce juro: nulla tot urbium,
Urbs nulla centenos pet annos
Munificum mage corde amicis,
Magisque largum dexterâ amabili
Therone tertis alma virum dedit.

Inva-

(1) Reddit rationem Pindarus, cur tanta polleat facultate poescos. Poeta nimirum non est ille ex disciplina factus artis, sed ex insita vi naturæ talis. Non excludit tamen ille doctrinam, quæ naturam adjuvat et perficit, sed contendit meliora esse carmina, quæ solius naturæ impetu producantur, quam quæ ab arte sola proveniunt. Felix Theron, qui a poeta non vulgari laudatur.

(2) Innuitur hic Bacchylides Pindari æmulus, ut Scholiastes refert.

Ε. ἑ. Κ. ἡ.

Θήρωνος. Ἀλλ' αἴνων ἔβα κόρος
Οὐ δίκᾳ συναντόμενος, ἀλ-
λὰ μάργων ὑπ' ἀνδρῶν
Τὸ λαλαγῆσαι θέλων,
Κρύφον τε θέμεν ἐσθλῶν κακοῖς
Ἔργοις. ἐπεὶ ψάμμος ἀριθμὸν περιπέφευγεν·
Ἐκεῖνος ὅσα χάρματ' ἄλ-
λοις ἔθηκεν, τίς ἂν φράσαι δύναιτο;

ΠΙΝΔ.

[*Epod.* 5.] Therone. Verum laudem invasit furiosorum hominum insolentia, injuste se opponens, obstrepere cupiens honestaque occultata obruere pravis factis. Nam arena numerum refugit; ille vero quanta beneficia in alios contulerit, quis recenseat?

Digitized by Google

Invasit at visos iniquo
Impete livor hians (1) honores,
Linguæque telis, et rabidæ hostico
Furore dextræ nobile gestiit
Fœdare factorum nigrisque
In tenebris sepelire lumen.
Sed cuncta frustra. Quis numero queat
Fugacem arenæ subdere pulverem,
Et læta, quot Theron profudit,
Quis referat benefacta cantu?

OLYM-

(1) Capys et Hippocrates consobrini Theronis beneficiorum immemores, quæ ab eo acceperant, non maledictis solum, sed factis improbis etiam, indicto nempe bello, exstinguere furiosi tentarunt splendorem gloriæ ejus, cui maxime invidebant, sed frustra, quia ab ipso prope lmeram profligati victique sunt.

Digitized by Google

OLYMPICÆ TERTIÆ

ARGUMENTUM.

ERuditissimum Heyuium sequutus nihil dubito, quin hoc secundum Carmen Theroni inscriptum Olympicam ejus victoriam, sive eandem cum priore, sive diversam celebret, relicto grammaticis Theoxeniorum commento, quod ex tribus poetæ versibus male intellectis exortum est. Ideo enim ab illo φιλόξενοι appellantur Tyndaridæ, quod homines in periculo versantes ac præsertim nautas amico auxilio juvent; et ξένιαι dicuntur mensæ, quod ad illas, non Dii præsentes, sed alii hospites de more soleant admitti. Cum igitur Dioscuri, ut Aristarchus in scholiis monet, Agrigenti colerentur cum Helena, et præcipuo apud gentem Theronis, tribumque Emmenidarum, ex qua ille fuit, in honore essent, iis hymnum probari cupit poeta suum in solemni victoriæ festo, sacrisque epulis non propter Theoxenia, sed propter singulare patrocinium, quo ipsi urbem domumque regiam fovent, et Olympiæ præsunt certamini. Hinc ille ea de causa Musam sibi astitisse dicit, ut Theronis laudem novo plane et admirando poeseos genere ad Doricum componeret melos et splendidæ saltationi aptaret. Postulant enim innexæ equorum jubis corollæ a poeta citharam varie sonantem, modulationem tibiarum vivæque concentum vocis Ænesidemi filio: postulat Pisa certaminum locus, unde exsurgit victoribus gloria, quam divini poetæ prædicant novo lumine Oleastrum ornantes, quo coronantur Athletæ. Quoniam vero nullum dulcius præconium Græcis erat, quam propria ipsius nationis historia, et Oleastri frondes cæleste nescio quid præ se ferre oportebat, ut summum pulcherrimumque præmium essent virtutis, ideo Pindarus Herculem Jovis filium, et Olympici reparatorem certaminis ab Hyperboreo populo cultore Apollinis impetrasse Oleastrum narrat, quo votivum Patri lucum consereret in nuda arena, Athletis

et hospitibus pararet umbram, et immortale statueret victorum capiti ornamentum. Sacræ erant jam aræ Jovi, instituti quinquennales ab eo Ludi, creati judices celebrandorum in plenilunio certaminum ad Alphei amnem: sed omnibus ad pedes Cronii collis carebat locus arboribus et ardenti torrebatur igne solis. Quare Heroi sapientissimo in mentem venit in terram Istricam proficisci, ubi illum ab Arcadiæ jugis et anfractibus vallium exeuntem Diana excepit eo tempore, quo jussu Patris et dura fati necessitate coactus fuerat Euristeo aureis insignem cornibus Cervam ex Scythia in Græciam adducere. Dum autem ille fatalem feram insequeretur in saltibus vidit etiam terram illam, quæ a tergo Boreæ sita erat, et admiranda tenebat oculos arborum pulcritudine. Obstupefactum aspectu novo statim ipsum cupido dulcis invasit a se visum plantarum genus transferendi in Elidem, eoque æquor stadii Olympici circa metam umbrandi, ubi currus certantium duodeno cursu flectuntur. Perfecit itaque ab Istri fontibus rediens, quod mente conceperat plantato Jovi nemore et victoribus designata corona. Errat hic Pindarus, cum ex inscitia Geografiæ ad Istrum collocat Hyperboreos sequutus fabulas, quæ de iis falso narrabantur, et Oleastrum ab ea regione translatum memorat, quæ hujuscemodi plantis destituebatur omnino. Nam peti Oleaster non potuit, ut animadvertit Heynius, nisi ex Australibus Europæ terris. Nihil tamen hic error pulcherrimæ digressioni nocet, quæ placitura Græcis eo magis erat, quo magis nova et prodigiosa ferebatur. Coronæ enim dignitas, quam spectavit Hercules, quocumque ex loco venisset, summo semper in pretio et honore habenda erat, nec minus prædicanda Olympiæ arena, quam ipse veuustis et inumbrantibus Oleastris convestivit. Ad augendam porro Theronis gloriam delapsos cælo cum Hercule gemellos Ledæ pueros vicarios Herculis et certaminum præsides ab ipso ascensuro ad astra constitutos in stadio sistit poeta, et subito afflatus instinctu eximium Emmenidis, victorique Regi decus a Tyndaridis collatum affirmat ob insignem religionem, qua Beatorum ritus colunt sacrasque mensas magnificentius exstruunt, quam ceteri, cumulatis muneribus. Inde egregias Theronis

ejus-

ejusque majorum virtutes animo colligens, et clariores esse factas conspicans a splendore victoriæ tantum mortalibus ceteris antistare Theronem judicat meritorum præstantia, quantum aqua parens omnium elementis ceteris antecellit, et aurum pretio eminet inter metalla, eoque illum jam feliciter pervenisse ait, ubi summum et ultimum gloriæ tenet fastigium. Ut igitur sapientibus æque ac insipientibus transilire columnas Herculis nequaquam licet, ita poetæ ultra maximam et extremam Victoris laudem cantu progredi velle stultæ et inepta cupiditas est. Nam quid amplius honoris a Tyndaridis datæ, dedicatæ Tyndaridis, illustratæ a Musa et Herculeis decoratæ foliis addi potest Victoriæ?

ΠΙΝΔ. ΟΛΥΜΠ.

εἶδος γ'.

ΤΩΙ ΑΥΤΩΙ ΘΗΡΩΝΙ

εἰς Θεοξένια.

Σ. ά. Κ. Θ'.

Τυνδαρίδαις τε φιλοξείνοις ἀδεῖν,
Καλλιπλοκάμῳ θ' Ἑλένᾳ,
Κλεινὰν Ἀκράγαντα γεραίρων, εὔχομαι,
Θήρωνος ὀλυμπιονίκαν
Ὕμνον ὀρθώσας, ἀκαμαντοπόδων
Ἵππων ἄωτον.
Μοῖσα δ' οὕτω τοι παρέστα
Μοι νεοτίγαλον εὑρόντι τρόπον,
Δωρίῳ φωνᾷ ἐναρμόξαι πεδίλῳ

Α. ά. Κ. Θ'.

Ἀγλαόκωμον. ἐπεὶ χαίταισι μὲν
Ζευχθέντες ἔπι στέφανοι
Πράσσοντί με τοῦτο θεόδματον χρέος,
Φόρμιγγά τε ποικιλόγαρυν,
Καὶ βοὰν αὐλῶν, ἐπέων τε θέσιν,
Αἰνησιδάμου
Παιδὶ συμμίξαι πρεπόντως·

Α",

OLYMP. III.

[*Str.* 1.] Tyndaridis hospitalibus cupio placere pulcricomæque Helenæ, dum inclytum Agrigentum celebrans in Theronis Olympicam victoriam hymnum contexo, indefessorum equorum decus. Musa autem sic sane mihi adstitit, novo ut reperto modo, dorico rythmo hymnum adaptarem

[*Ant.* 1.] Comum ornantem. Jubis enim innexæ coronæ exigunt hoc a me divinum debitum, citharam ut sonoram cantumque tibiarum hymnorumque carmen Æsidami filio

OLYMPIA.

THERONI EIDEM.

CURRU.

ODE ALCAICA III.

Est hospitales Tyndaridas mihi,
Flavisque cirris pulcram Helenen amor
Mulcere cantu, gloriosum
Dum celebrans Acraganta florem
Theroni equorum et lumen Olympicæ
Extollo palmæ. Musa ideo novum
Inferre mi Grajis volenti
Auribus harmoniæ decorem
Ante ora præsens adstitit, ut chori
Lætûm strepentis Gratia dorico
Iret cothurno (1). Nam jubarum
Flexibus implicitæ corollæ
Cæleste poscunt hoc sibi debitum
A vate munus, quod soboli inclitæ
Ænesidêmi tibiarum
Vocibus et vario vibrantis
Sonore plectri et cantibus incitis
Decenter aptum conficiat melos;

Pisa

(1) Cothurnus hic adhibetur per metaphoram pro gressu choreæ ad dorienm melos composito.

Ἀ, τε Πίσα με γεγωνεῖν· τᾶς ἄτο
Θεόμοροι νίσσοντ' ἐτ' ἀνθρώπους ἀοιδαί,
Ε. ά. Κ. Θ'.
Ὠ τινι, κραίνων ἐφετμὰς
Ἠρακλέος προτέρας,
Ἀτρεκὴς Ἐλλανοδίκας βλεφάρων
Αἰτωλὸς ἀνὴρ ὑψόθεν
Ἀμφὶ κόμαισι βαλοι γλαυ-
κόχροα κόσμον ἐλαίας· τάν ποτε
Ἰστρου ἀπὸ σκιαρᾶν παγᾶν ἔνεικεν
Ἀμφιτρυωνιάδας,
Μνᾶμα τῶν Ὀλυμπία κάλλιστον ἄθλων,
Σ. β'. Κ. Θ'.
Δᾶμον Υ̓περβορέων πείσας, Ἀπόλ-
λωνος θεράποντα. Ὀγε
Πιστὰ φρονέων, Διὸς αἴτει παγδάκῳ
Ἀλσει σκιαρόν τε φύτευμα
Ξυνὸν ἀνθρώποις, στεφανόν τ' ἀρετᾶς.
Ἠδη γὰρ αὐτῷ,
Πατρὶ μὲν βωμῶν ἁγισθέν-
των, διχόμηνις ὅλαν χρυσάρματος
Ἐσπέρας ὀφθαλμὸν ἀντέφλεξε μήνα,

A. β'.

---

filio adferam decenter. Ipsaque Pisa canere me jubet, unde divina venire solent carmina ad eos,

[*Epod.* 1.] quibus justus certaminum judex Ætolus exsequens mandata Herculis antiqua, palpebrarum comas alte cingit glaucicolore decore olivæ. Quam quondam Istri ab umbrosis fontibus asportavit Amphitryonides, monumentum pulcherrimum Olympicorum certaminum.

[*Str.* 2.] Populo nempe Hyperboreorum Apollinis cultori persuasit petiltque bonus ille Jovis hospitali luco umbrosum germen, hominibusque simul virtutis coronam. Jam enim ei, post aras patri consecratas, Luna curru aureo vecta medio mense pleno vespera lumine affulserat,

Pisa ipsa poscit, dia manant
Unde melê celebrantque fortes
Ausûs virorum, queis vetera exequens
Mandata judex (1) Herculis integer
Ætôlus inductâ superbum
Fronde supercilium comasque
Honore glaucæ innexuit arboris,
Quam fertur olim, nobile Olympico
Certamini pignus per ævum,
Amphitryoniades opacis
Portasse ab Istri fontibus. Horridâ
Gentem sub Arcto fovit Apollinis
Cultricem, et imo fida servans
Vota animo geniale Plantæ
Germen poposcit, quo populi undique
Capax Tonanti consereret nemus
Gratam advenis densâ daturum
Frigoris illecebram sub umbrâ,
Simulque claris robore splendidam
Facris coronam. Nam supero Patri
Dicarat aram, quâ litari
In medio sibi sacta mense
Votiva possent, Cynthia ubi nitens
Invecta curru fulserit aureo
Ad vesperam, solemque contra
Totum oculi radiarit orbem.

Jam

(1) Oxilus, Ætolus, quem Hercules Olympiorum auctor primum unumque judicem constituit certaminum.

Α. β'. Κ. θ'.

Καὶ μεγάλων ἀέθλων ἀγνὰν κρίσιν
Καὶ πενταετηρίδ' ἁμᾶ
Θῆκε ζαθέοις ἐπὶ κρημνοῖς Ἀλφειοῦ.
Ἀλλ' οὐ καλαὶ δένδρεϊ θάλλε
Χῶρος ἐν βάτοισις Κρονίου Πέλοπος.
Τούτων ἔδοξε
Γυμνὸς αὐτῷ κᾶπος ὀξεί-
αις ὑπακούειμεν αἰγαῖς αἰθέος.
Δὴ τότ' ἐς γαῖαν πορεύειν θυμὸς ὥρμαι-

Ε. β'. Κ. θ'.

ν' Ἴστρίαν νιν. Ἔνθα Λατοῦς
Ἵπποσόα θυγάτηρ
Δέξατ' ἐλθόντ' Ἀρκαδίας ἀπὸ δει-
ρᾶν, καὶ πολυγναμπτων μυχῶν·
Εὔτέ μιν ἀγγελίαις Εὐ-
ρυσθέος ἐντὺ ἀνάγκα πατρόθεν
Χρυσόκερων ἔλαφον θήλειαν ἄξον-
θ'· ἃν ποτε Ταϋγέτα
Ἀντιθεῖσ' Ὀρθωσίᾳ ἔγραψεν ἱεράν.

Σ. γ'. Κ. θ'.

Τὰν μεθέπων, ἴδε κἀκείναν χθόνα,

Πνοιᾶς

[*Ant.* 2.] jamque magnorum certaminum sanctum judicium ludosque simul quinquennales instituerat divina ad præcipitia Alphei. Sed nondum pulcras arbores progerminabat ager in convallibus Saturnii Pelopis. His destitutus hortus quum videretur ei acutis obnoxius esse radiis solis, tum in terram Istriam ut contenderet animus eum impulit.

[*Epod.* 2.] Ibi Latonæ equorum agitatrix filia excepit venientem Arcadiæ a jugis et varie flexuosis recessibus, quum jussu Eurysthei necessitas a patre imposita coegisset eum adducere auricornem cervam, quam olim Taygeta Dianæ dedicans sacram inscripserat.

[*Str.* 3.] Hanc insequens vidit et illam terram flatus a tergo Boreæ frigidi. Ibi arbores

Jam fixa magnis Lex steterat potens,
Sanctumque ludis Judicium, et citi
  Divina ad Alphei fluenta
    Quinque redux data pompa in annos;
At non comantes e Pelopis solo
Ad ima collis tum Cronii arbores
  Summiserat vallis, sed arvi
    Nuda superficies acutis
Ardente Phœbo visa nimis male
Parêre telis. Mens igitur vagum
  Heroa rraxit saltuosam
    Danubii penetrare terram,
Latôis acres quâ domitans equos
Cedentem ab altis Arcadiæ jugis
  Et vallium anfractu viæque
    Fraudibus explicitum re[illegible]
Ab hoste quondam cum (1) Sthenelêio,
Ac Rege Divûm lata Necessitas
  Per lustra palantem juberet
    Cornibus aurigeris decoram
Captare Cervam, quam memor obtulit
Scriptis Dianæ (2) Taygetê notis.
  Hanc ille flammato fugacem
    Dum premeret per opaca cursu,
Tellurem et illam (3), quæ Borcæ jacens

(1) Eurystheus Sthenelî Mycenarum Regis filius instinctu Junonis et probante Jove jussit Herculem variis monstris invadere, ut in iis domandis periret.

(2) Cum Juppiter Atlantis filiam Taygetam deperiret, eam Diana mutavit in cervam, ut Jovis eam effingeret. Mox deinde nympha in pristinam restituta formam est, ac beneficii memor cervam aureis cornibus insignem Deæ consecravit cum hac inscriptione: Ταυγέτη ἔρμα ἀνέθηκε Ἀρτέμιδι.

(3) Hyperboreorum nempe terram, quæ breviter a natura loci et inclementia cæli describitur.

Digitized by Google

Πρωίας ὁτιθεν Βορέα
Ψυχροῦ. τόθι δένδρεα θαύμαινε σταθεὶς,
Τῶν νιν γλυκὺς ἵμερος ἔσχεν,
Δωδεκάγναμπτον περὶ τέρμα δρόμου
Ἵππων φυτεῦσαι.
Καί νυν ἐς ταύταν ἑορτὰν
Ἵλαος ἀντιθέοισι νίσσεται
Σὺν βαθυζώνου διδύμοις παισὶ Λήδας.

A. γ'. K. Θ'.

Τοῖς γὰρ ἐπέτραπεν Οὔλυμπόνδ' ἰὼν,
Θαητὸν ἀγῶνα νέμειν,
Ἀνδρῶν τ' ἀρετᾶς πέρι, καὶ ῥιμφαρμάτου
Διφρηλασίας. Ἐμὲ δ' ὧν τα
Θυμὸς ὀτρύνει φάμεν, Ἐμμενίδαις
Θήρωνί τ' ἐλθεῖν
Κῦδος, εὐίππων διδόντων
Τυνδαριδᾶν· ὅτι πλείσταισι βροτῶν
Ξεινίαις αὐτοὺς ἐτοίχονται τραπέζαις,

E. γ'. K. Θ'.

Εὐσεβεῖ γνώμᾳ φυλάσσοντες Μακάρων τελετάς.
Εἰ δ' ἀριστεύει μὲν ὕδωρ, κτεάνων
Δὲ χρυσὸς αἰδοιέστατον·

Νῦν

---

arbores admiratus constitit, dulceque eum tenuit desiderium, circa currieuli equestris metam duodecies circumvehendam eas plantandi. Atque etiam nunc ad hanc sollemnitatem propitius accedit cum profunde-cinctæ Ledæ geminis divinis filiis.

[*Ant.* 3.] His enim mandavit abiens ad Olympum, ut regerent celebre virorumque de virtute curruumque veloci agitatione, certamen. Me igitur animus impellit canere, Emmenidis Theronique venisse victoriam, Tyndaridarum equestrium beneficio; quoniam plurimum inter mortales hospitalibus conviviis eos colunt,

[*Epod.* 3.] religiosa mente observantes Deorum sacra. Ut vero aqua excellit inter elementa, interque opes pretiosissimum est aurum: sic nunc Theron extremum virtute

Post terga flatu nimbifero riget,
Adspexit, obtutuque in uno
Stans stupuit loca feta plantis,
Formâque et umbris multipatentibus
Illectus arsit protinus arborum
Desideratas ferre stirpes,
Quâ spatio duodenus amplo
Equûm recursus circumit igneis
Metam quadrigis. Nunc bonus æthere
Descendit ad festam diei
Lætitiam et strepitum gemellis
Ledæ alticinctæ cum pueris. Dedit
His namque, Olympi cum peteret domos,
Servare ludorum tenorem,
Ausa Virûm generosa, et actis
Aurigæ in orbem cursibus alitem
Motum rotarum. Mens calet, ac recens
Hic strenuo Theroni obortum,
Emmenidisque (1) referre gestit
Decus, quod albis visi in equis modo
Favore juncto Tyndaridæ suis
Tulere amicis, quod verendos
Mente colant decorentque ritûs,
Et liberali præ reliquis manu
Dent magna Divis fercula per sacras
Exstructa mensas. Prima ut inter
Lympha parens elementa regnat,
Opesque supra se venerabilem
Dat fulgor Auri, sic proavûm eminens

Vir-

(1) Emmenidæ ex tribu Theronis oriundi ab Emmenide Telemachi cujusdam filio, unde Æncsidemus Theronis pater et Xenocratis.

Νῦν γε πρὸς ἰσχατιὰν Θή-
ρων ἀρεταῖσιν ἱκάνων, ἅπτεται
Οἴκοθεν Ἡρακλέος στηλᾶν. τὸ πόρσω
Δ' ἔστι σοφοῖς ἄβατον
Κἀτόφοις. οὐ μὴν διώξω. κενὸς εἴην.

tute adsequutus attingit propria *laude* Herculis columnas; ultra quas progredi nec sapientibus est concessum nec insipientibus, Non sane prosequar. Vanus essem.

Virtutibus Theron, suisque
Herculeos (1) micat ante fines:
Haud stultus ultra, nec sapiens queat
Transire quisquam. Non ego prosequar;
Laudesque tentabo minores
Vaniloquo male sanus ore.

(1) Columnas Herculis attingit, qui ad summum gloriæ culmen pervenit. Columnæ porro Herculis sunt Abyla et Calpe, quas Heros ille suæ navigationis terminos statuit nulli unquam mortalium transiliendos. Sic nec Theron ulterius in via virtutis, nec Pindarus in eo laudando longius progredi potest.

OLYMPICÆ QUARTÆ

ARGUMENTUM.

Octogesima secunda Olympiade Psaumis Acronis filius, Camarinæ civis valde locuples et egregiis animi dotibus insignitus ætate provecta quadrigis vicit. Hunc poeta laudaturus Ætnæum Jovem superbi ultorem Typhœi et propitium bonis pro viro Siculo modestiæ pleno et honestæ capto ambitione apte invocat rogatque supplex, ut redeunte festo illi sacro hymnum suum cum cantu et cithara Olympicorum testem certaminum et sincerum amico Psaumidi gratulatorem benigne accipiat. Venit enim ille astantibus Gratiis in curru Psaumidis fronde Pisæ coronati, fertque secum maximarum perenne lumen virtutum, quo Camarinam patriam generosus Victor irradiat. Portat hymnus novæ etiam facta, quæ Psaumis mente concipit optatque a Numine secundari. Non ille satis habet magno sumptu equos alere ad rem bellicam et pompam ludorum, splendida liberalitate hospitibus apertam omnibus præbere domum, et summo fovere studio amicam urbium tranquillitatem, sed novam, ut Vauvilliersius Græcæ linguæ Professor in Gallia clarus conjicit, gloriam optat suscitare portans sibi et urbi majus aliud decus præter decus victoriæ. Cum enim Psaumis eo tempore vicisset, quo nova a Syracusanis vastatæ ac dirutæ Camarinæ exstructio ineepta erat, et opulenti civis ac munifici indigebat auxilio, ut ad finem in communi inopia perduci posset, valde probabile auctori Gallo videtur, illum illustris affectasse honorem operis, concepto quidem mente, sed nondum ulli, nisi Pindaro suisque amicis manifestato consilio. Dissimulat tamen poeta sapiens, ne mendacio incertam adhuc effectionis laudem pollnat, et experientiæ promovendum probandumque successum omnem relinquit. Nam, quæ Psaumidem in certamine quadrigarum victorem fecit experientia, cur non et patriæ reparatorem faciet? Provecta

vecta vero ætas, ut nihil illi in stadio nocuit, ne in ipsa quidem nocebit urbis instauratione. Res ipsa actu experta prodet hominem. Sic Ergino Climeni filio uni ex Argonautis nihil senectus obstitit in cursu armato, quominus in ludis ab Hypsipyle Regis Thoantis filia in Lemno habitis Zetem et Calain Boreæ filios superaret, et feminarum risum propter canitiem in summam converteret admirationem sui velocitate pedum præter opinionem in cursore sene monstrata. Canitie senex Erginus erat, non animo, qui juvenile in illo robur et vigorem explicavit. Ceterum Camarinæ reparatio, quam tacite indicare videtur Pindarus per vota reliqua Psaumidis post acceptam palmam, non potest esse neque in hac, neque in altera, quæ proxime sequitur Ode, primarium poetæ propositum, sed nova tantum materia laudis habenda est, quæ victoriam sua luce cumulet magisque reddat exstantem. Disjunctarum enim quarumcumque rerum nexus proprium Pindari et admirabile in Odis omnibus artificium est.

εἶδος δ'.

ΨΑΥΜΙΔΙ ΚΑΜΑΡΙΝΑΙΩ

Ἵπποις.

Σ. ά. Κ. ί.

Ἐλατὴρ ὑπέρτατε βροντᾶς
Ἀκαμαντόποδος
Ζεῦ· τειαὶ γὰρ ὧραι
Ὑπὸ ποικιλοφόρμιγγος ἀοιδᾶς
Ἐλισσόμεναί μ' ἔπεμψαν,
Ὑψηλοτάτων μάρτυρ' ἄεθλων.
Ξείνων δ' εὖ πρασσόντων, ἔσαναν
Αὐτίκ' ἀγγελίαν
Ποτὶ γλυκεῖαν ἑσθλοί.
Ἀλλ' ὦ Κρόνου παῖ, ὃς Αἴτναν ἔχεις,
Ἵκεσθον πνεμόεσσαν ἑκατογ-
κεφάλα Τυφῶνος ὀβρίμου,
Οὐλυμπιονίκαν
Δέχευ χαρίτων ἕκα-
τι τάνδε κῶμον,

Α. ά. Κ. ί.

Χρονιώτατον φάος εὐρυ-
σθενέων ἀρετᾶν.
Ψαύμιδος γὰρ ἥκει
Ὀχέων·

OLYMP. IV.

[*Str.* 1.] Vibrator fulminis rapidi, Jupiter summe, tuæ Horæ revolutæ miserunt me præstantissimorum certaminum testem, cum cantu cithara distincto. In amicorum rebus secundis lætantur statim nuncio dulci audito boni. Sed o Saturni fili, qui Ætnam tenes, furnum ventosum centiceipitis impetuosi Typhonis, accipe benigne Gratiarum causa hoc carmen,

[*Ant.* 1.] perpetuum lumen magnarum virtutum. Psaumidis enim venit curru, qui olea

OLYMPIA.

PSAUMIDI CAMARINÆO.

QUADRIGIS.

ODE GLYCONICO-ASCLEPIADEA IV.

SUmme Auriga tonitrui,
Tardari indocili cum rapitur pede,
Horæ (1) quando volubiles
Me jussere tuæ non sine cantibus
Et blando citharæ sono
Ludi supra alios nobilis addier
Testem, et fausta sodalium
Sors audita viris exhilarat bonis
Grato pectora nuntio,
Saturni soboles maxima, Juppiter,
Ætnæ qui regis igneam
Fornacem, rapidi quâ furor impotens
Venti sibilat, et gravi
Pressus mole oneris stridet et æstuat
Centeni capitis (2) Gigas,
Ne festi dominum ne renuas choti
Hymnum, quem tibi Gratiæ
Sistunt perpetua luce micantium
Virtutum jubat. En venit
Altis egregii Psaumidos in rotis,

(1) Horæ cali janitrices, quæ solemne certamen Olympiæ quinto quoque anno fetebant.

(2) Typhœus Titani et terræ filius fulmine a Jove percussus et sepultus sub Ætna.

Digitized by Google

Ο'χέων· ὅς, ἐλαίᾳ στεφανωθεὶς
Πισάτιδι, κῦδος ὄρσαι
Σπεύδει Καμαρίνᾳ. Θεὸς εὔφρων
Εἴη λοιπαῖς εὐχαῖς. ἐπεί μιν
Αἰνέω, μάλα μὲν
Τροφαῖς ἕτοιμον ἵππων,
Χαίροντά τε ξεινίοις πανδόκοις,
Καὶ πρὸς ἡσυχίαν φιλόπολιν
Καθαρᾷ γνώμᾳ τετραμμένον.
Οὐ ψευδεῖ τέγξω
Λόγον. διάπειρά τοι
Βροτῶν ἔλεγχος.

Ε. Κ. ιβ'.

Α" περ Κλυμένοιο παῖδα
Λαμπιαδῶν γυναικῶν
Ε"λυτεν ἐξ ἀτιμίας.
Χαλκοῖσι δ' ἐν ἔντεσι νικῶν
Δρόμον, ἔειπεν Υ'ψιπυλείᾳ,
Μετὰ στέφανον ἰών.
Οὗτος ἐγώ. ταχυτᾶτι
Χεῖρες δὲ καὶ ἦτορ ἴσον.
Φύονται δὲ καὶ νέοις
Ε'ν ἀνδράσι πολιαὶ
Θαμά, καὶ παρὰ τὸν ἀλικίας
Ε'οικότα χρόνον.

ΠΙΝΔ.

---

olea coronatus Pisatide, decus excitare satagit Camarinæ. Deus propitius sit reliquis ejus votis. Laudo enim eum ad equos alendos maxime paratum, gaudentem hospitalitate erga omnes, et ad tranquillitatem reipublicæ amantem sincera mente conversum. Non mendacio tingam laudem. Experientia utique mortales probat,

[*Epod.* 1.] quæ Clymeni filium Erginum Lemniadum feminarum liberavit a probro; æreis armis qui victor cursu ad coronam accipiendam vadens dixit Hypsipylæ: ecce me: celeritati autem manus animusque pares. Nascuntur et in juvenibus cani sæpe etiam præter ætatis congruum tempus.

Digitized by Google

Qui Pisæ modo nobili
Cinctus fronde suæ deproperat decus
Cælo tollere patriæ.
Ah votis facilem da reliquis, Deus,
Aurem dulcis et exitum.
Laudo quippe virum, qui nitidos alit
Et bellis habiles equos,
Qui jura hospitii servat et omnibus
Ultro dat patulos lares;
Quique urbi niveo pectore et optimis
Cultûs artibus aurea
Pacis legiferæ gaudia promovet.
Nec mendax color inficit
Mi veri speciem. Prodit in arduo
Quemque experta negotio
Virtus, quæ Clymeni depulit aspera
Nato Lemniadum (1) joca.
Nam cursu celeri Victor ut æreis
Armis Hypsipylæ adstitit
Laturus meritæ præmia gloriæ,
Olli flammeus: en, ait,
Ille adsum: pedibus par anima et manûs.
Annos sæpius anteit
Spargitque et juveni canities caput.

(1) Mulierum deridentium in Lemno Erginum Argonautam, quod canus cum robustis juvenibus certare auderet in funebribus ludis, quos Hypsipyle Thoantis Regis filia mortuo patri dicarat.

OLYMPICÆ QUINTÆ

ARGUMENTUM.

Quatuor circiter annos post superiorem victoriam mularum curru junctarum cursu, non equestri quadriga et celete, iterum Psaumis vicit laudatus a Pindaro in hoc carmine, quod olim a nonnullis abfuit exemplaribus. Didymus tamen memorat et adscribit Pindaro omnibusque nunc consentientibus eruditis viris propter formam styli legitimum poetæ nostri opus esse nemo dubitat, quamvis totum ex apostrophis constet, atque usitatis semper Pindaro careat epodis. Carmen enim Pauwii et Heynii illustrium criticorum judicio tres strophæ satis recte constituunt, nihilque novitate metri poeticæ detrahunt dignitati. Quare operæ pretium est hujusce carminis formam quasique faciem cognoscere. Dedicatus Jovi prior hymnus fuit a poeta, hic autem Camarinæ Oceani filiæ et cognominis urbis custodi nymphæ offertur. Exhibuit in illo Psaumidem Pindarus alendorum equorum studio incensum, excipere gaudentem omnes liberali hospitio et urbanæ pacis tranquillitatisque amantissimum; exhibuit honesta ardentem cupiditate gloriæ et a se partum immortale decus communicantem ultro cum patria sua, et majora ad eam illustrandam volventem animo cæpta; Ergini exhibuit æmulatorem eximium canitiem capitis superante virtute Græcis omnibus admiranda. In hoc vero hymno eumdem regali munificentia in patriam, et insigni erga Deos religionis cultu spectabilem Græcis præbet. Monstrat illum in Elide primum ante aras duodecim Numinum magnam boum copiam immolantem, et festa maxima solemnesque ludos splendido apparatu et muneribus condecorantem magnificis ære suo. Alipedum deinde mularum cursu triumphantem ostendit proclamante ejus Nomen et Acronem patrem novamque urbem præcone in celebri totius nationis conventu. Jam Victorem ex Eleis digressum finibus in patriam Camarinam gloriose co-

rona-

ronatum iuducit. Mox illum venerabundum monstrat in lueo Palladis actisque gratiis adorantem Genios patrii lacus et Oani et Hipparidis, eosque festis cantibus et honore justo celebrantem, dum interim per ipsum effusis opibus magnus ædificiorum numerus sylvæ instar, celerrimo labore surgit luce post tenebras afflicto et inopi Camarinæ populo restituta. Labores graves hic ostenduntur et sumptus, quos in opere ancipitis et obscuri periculi subeundo pati Psaumis cogebatur luctante virtute, ut civîbus ex prospero rei successu vir prudens ac sapiens haberetur. Non enim poeta spectat hoc loco, quod grammaticus in scholiis perperam putat, impensas scilicet et diserimina, quæ victoriam Psaumidi pepererunt, sed arduum et incertum perficiendæ instaurationis negotium. In victoria siquidem, quemadmodum solerter et acute Vauvilliersius animadvertit, periculum semper certum est et incertus eventus; obscura autem in urbis molimento res utraque est. Quare victor ob acceptæ primum palmæ beneficium, deinde ob felicem jam captæ exstructionis exitum Palladem in primis, dein cetera patriæ Numina obsequio pius colere sibique conciliare studuit. Miratur Pindarus pietatem viri, ejusque exemplo permotus a Servatore Jove duo supplex enixe petit, primum, ut Camarinam perpetua virorum fortium claritudine exoruet; alterum, ut Olympicum Victorem prastantissimorum amantem equorum tranquilla propitius senectute donet, astante illi usque ad ultimum vitæ tempus liberorum corona. Nam felicitas nulla major illi potest contingere, qui florentem valetudinem, opes magnorum altrices operum, et illustrem ac pervagatam famam obtinuit.

ΠΙΝΔ. ΟΛΥΜΠ.

εἶδος ἑ.

ΤΩΙ ΑΥΤΩΙ ΨΑΥΜΙΔΙ

Τεθρίππῳ Ἀπήνῃ καὶ Κέλητι.

Σ. Α. Κ. ιϑ'.

Ὑψηλῶν ἀρετῶν καὶ
Στεφάνων ἄωτον γλυκὺν
Τῶν Ὀλυμπίᾳ,
Ὠκεανοῦ θύγατερ,
Καρδίᾳ γελανεῖ
Ἀχαμαντόποδός τ' ἀπήνας δέκευ
Ψαύμιδός τε δῶρα.
Ὅς τὰν σὰν πόλιν αὔξων,
Καμαρίνα, λαοτρόφον,
Βωμοὺς ἓξ διδύ-
μους ἐγέραιρεν ἑορ-
ταῖς Θεῶν, μεγίσταις
Τ' ἐπὶ βουθυσίαις, ἀέθλων τε πεμ-
πταμέροις ἀμίλλαις,
Ἵπποις, ἡμιόνοις τε, μοναμπυκί-
ᾳ τε. τὶν δὲ κῦδος
Ἀβρὸν νικήσας ἀνέθηκε, καὶ

Στ.

OLYMP. V.

[*Str.* 1.] Celsarum virtutum et coronarum Olympicarum dulcem florem, Oceani filia, animo hilari, indefessæque mularis rhedæ accipe Psaumidisque dona; qui tuam urbem amplificans, o Camarina, populorum altricem, aras sex geminas condecoravit, festis Deorum, maximis cum boum sacrificiis ludorumque quinque dierum certaminibus, equorum mularumque quadrigis singularique equo. Tibi autem gloriam exi-

OLYMPIA.

PSAUMIDI EIDEM.

QUADRIGIS.

ODE ARCHILOCHIA V.

SUâvem, qui celsis virtutibus atque coronâ
Ridet Olympiacâ,
Oceani proles Camarina (1), hunc accipe læto
Florem animo igniferi
Mercedem cursûs, et munera Psaumidos, urbem
Qui tibi, Diva, tuam
Aucturus populi altricem duodena (2) per aras
Numina regifico
Quinque dies cultu mulsit largoque cruore
Visceribusque boum,
Dum (3) currus mulæque et equi certamine nudi
Splendida festa darent.
Ille decus tibi grande tulit nomenque parentis
Ore sonante sui,

Vasta-

(1) Camarina in ora Australi Siciliæ ad Gelam fluvium et Pachynum promontorium sita erat. Hujus nympham urbis poeta exhibet, tanquam filiam Oceani, quod ea illo fluvii omnes fonteſque orti esse dicuntur.

(2) Herculea in Olympia sex aras duodecim Diis consecrarat, primam scilicet Jovi et Neptuno, secundam Junoni et Minervæ, tertiam Mercurio et Apollini, quartam Gratiis et Baccho, quintam Dianæ et Alpheo, sextam demum Saturno et Rheæ.

(3) Non hæc de Psaumide, sed universe accipienda esse recte putat Heyaius.

Ὃν πατρὶ Ἄκρωνι ἐκάρυξε, καὶ
Τὰν νέοικον ἕδραν.
Α. ά. Κ. ιϑ΄.
Ἰὼν δ' Οἰνομάου καὶ
Πέλοπος παρ' εὐηράτων
Σταθμῶν, ὦ πολι-
ούχε Παλλὰς, αἰεί-
δει μὲν ἄλσος ἀγνόν
Τό τε, ποταμόν τε Ὦαγον, ἐγ-
χωρίαν τε λίμναν,
Καὶ σεμνοὺς ὀχετοὺς, Ἵπ-
παρις οἵτιν' ἄρδει στρατόν,
Κολλᾷ τε σταδί-
ων θαλάμων ταχίως
Ὕψιγυιον ἄλσος,
Ἀπ' ἀμηχανίας ἄγων ἐς φάος
Τόνδε δᾶμον ἀστῶν.
Ἀεὶ δ' ἀμφ' ἀρεταῖσι πόνος δαπά-
να τε μάρναται πρὸς
Ἔργον κινδύνῳ κεκαλυμμένον.
Εὖ δὲ ἔχοντες, σοφοί καὶ πολί-
ταις ἔδοξαν ἔμμεν.

Ε. ά.

---

eximiam victor dicavit, et suum patrem Acronem proclamavit et recens habitatam sedem.

[*Ant.* 1.] Rediens autem Œnomai et Pelopis ab amabilibus sedibus tuum, o Pallas, urbium conservatrix, canit sacrum lucum, fluviumque Oanum, patriamque paludem, sacrosque canales, Hipparis per quos labens aquas suppeditat populo, conglutinatque celeriter stabilium ædium altam silvam, e rerum inopia producens in lucem huncce populum civium. Semper quidem cum virtutibus labor sumtusque certant in subeundo opere periculis tecto. Sed qui bene rem gerunt, sapientes iidem civibus videntur.

Vastatâque (1) simul vulgari dulce recentes
Jussit in urbe domos.
Nunc carâ Ænomai Pelopisque revertsus ab orâ
Is tibi lætus adest,
Horrendumque tuum celebrat nunc, Sospita Pallas,
Corde micante nemus,
Oanon et fluvium, et patrii vada cærula stagni,
Largifluæque pedem
Divinum lymphæ, quâ turbæ bellipotentis
Hipparis arva rigat.
Condendis celer Is thalamis procera gerentem
Membra levat (2) Silüam,
Squallore obductum et tenebris intentus amicâ
Luce beare genus.
In magnis Labor et Sumptus luctante resistunt
Usque ministerio,
Incertæque licet tectum caligine sortis,
Aggrediuntur opus.
Nam patriæ est ipsi sapiens, qui cœpta secundo
Grandia fine probat.

(1) Camarina bis vastata a Syracusanis restituta a Psaumide fuit, qui suis opibus colonos novas domos exstruentes adjuvit.

(2) Magnum ædificiorum numerum ad Hipparim Siciliæ amnem, qui Camarinam alluit.

Ε. ά. Κ. ιϑ'.

Σωτὴρ ὑψιεφὲς Ζεῦ,
Κρονίου τε ναίων λόφον,
Τιμῶν τ' Ἀλφειὸν
Εὐρὺ ῥέοντα, Ἰδαῖ-
όν τε σεμνὸν ἄντρον,
Ἱκέτας σέθεν ἔρχομαι, Λυδίοις
Ἀτύων ἐν αὐλοῖς,
Αἰτήσων πόλιν εὐα-
νορίαισι τάνδε χλυταῖς
Δαιδάλλειν. σέ τ', Ὀ-
λυμπιόνικε, Ποσει-
δανίοισιν ἵπποις
Ἐπιτερπόμενον, φέρειν γῆρας εὔ-
θυμον ἐς τελευτὰν
Τίων, Ψαῦμι, παρισταμένων. ὑγί-
εντα δ' εἴ τις ὄλβον
Ἄρδει, ἐξαρκέων κτεάτεσσι, καὶ
Εὐλογίαν προστιθεὶς· μὴ ματεύ-
σῃ Θεὸς γενέσθαι.

ΠΙΝΔ.

[*Epod.* 1.] O Servator in altis nubibus Juppiter, Saturniumque inhabitans collem, tuensque Alpheum late fluentem, Idæumque sacrum antrum, ad te supplex venio Lydiis modulans tibiis, petiturus, ut urbem hanc facinoribus inclitis ornes; tuque, Olympice victor, Neptuniis equis gaudens fruaris senectute ad finem vitæ tranquilla, filiis, o Psaumi, adstantibus. Sanam autem si quis felicitatem haurit, abundans opibus, laudemque insuper tenens, is ne temere quærat Deus fieri.

Digitized by Google

Te nunc, Servator, qui regnas, Juppiter, altis
Nubibus, et Cronii
Culmen habes collis, lateque fluentis honoras
Imperiosus aquam
Alphêi, Idæumque antrum venerabile, supplex
Sollicitusque precor,
Tibia dum Lydo (1) resonat modulamine, ut urbis
Mœnia nata virûm
Fortibus irradies factis, teque, inclyte Victor,
Cui placet acer equus
Glorla Neptuni, lætos feliciter annos
Fata benigna sinant
Degere ad extremum vitæ, stipante senectam,
Psaumi, tuam sobole.
Quem vegetum rigat alma salus, quem splendida sumptu
Copia cingit opum,
Et fama in populis clarat, ne pectore vano
Is petat esse Deus.

(1) Cum tres numerentur harmoniæ apud Græcos Dorica, Phrygia et Lydia, inter has suavissima Lydia est.

OLYMPICÆ SEXTÆ

ARGUMENTUM.

AGesias Sostrati filius paterno genere Syracusius civis, materno Stymphalius, ex illustri utrinque et antiqua gente Sacerdos et Vates Elei Jovis, et amicus Hieronis Regis, quocum multa bella, ut refert Scholiastes, vaticinii et fortitudinis ope prospere confecerat, septuagesima septima juxta Corsinium Olympiade palmam retulit in Olympiæ certamine mulari curru. Hæc sibi proposita et agitata in animo materia laudis amplissima hymnum victori condere statuit Pindarus. Ac primo statim, ut in ipso ingressu operis percellat sensus, talem formam poeseos se daturum pollicetur, qualem solers architectus offert, cum regiæ domus affabre elaborato vestibulo columnas aureas supponens longe coruscantem et magnificam spectantium oculis frontem explicat ædificii. Collocat is in augusto quasi limine Victorem luce gloriæ coronatum, ante aram Jovis stantem positumque tanquam signum poetis, qui ipsum circum undique vibratis mulcent carminibus, plaudente et exultante benevolorum civium turba, et clanculum fremente rabie invidorum. Jam illi cothurnum Charitum porrigit, quo beatum heros exornet pedem justo præmio donatus ob strenue initum feliciterque gestum certamen: tum ardua et magnifica excellentium virorum in terrestribus maritimisque præliis facinora animo perlustrans videt in illis lætusque monstrat singulare etiam et eminens decus, quod Agesias sibi in acie belli primum, deinde in arena Pisæ splendide comparavit. Immortale præterea Nomen sibi illum peperisse affirmat, et eximia virtute divinaque mente meruisse plane præconium illud, quo Adrastus olim Amphiaraum sibi ereptum justus judex et integer cum lacrimis honoravit. Præconium autem illud etiam Sostrati filio convenire adeo ipse persuasum habet, ut illud solemni jurejurando suo, Musarumque

assensu

assensu confirmare non dubitet. Ardorem deinde currus, aurigæ dexteritatem mularumque victricium impetum, quasi præsens testis, contemplatus, et splendidam Atletæ gloriam in poetico pulvere æmulari gestiens ad animum se convertit suum, eumque jubet celeriter suas omnes expedire vires, æstro adjungere, quo totus ipse agitatur et ardet, seseque alatis imaginibus præbere ducem in via, quæ recta ducit ad originem primam generis, quo Agesias nobilitatus est. Jam portæ hymnorum aperiuntur poetæ, Musæ currus volat et evanescit ex oculis, dictoque citius ad Eurotæ ripas pertingit. Ibi Pindarus Pitanen nymphan Eurotæ filiam adamatam Neptuno celare videt divinum semen, donec pariat Evadnem; videt Evadnen ipsam a Matre fidis ancillis vixdum natam committi, ut eam occulte ad Æpytum Phesanæ in Arcadia Regem transferant regio cultu educandam; videt adulta jam ætate eandem illam a Phœbo compressam puerum in lucem edere mente et animo parem Diis, Jamum dictum a violis, quæ illum circumdederunt infantem; videt tandem ab Jamo prænnem virorum seriem dignitate, opulentia et virtute nobilissimam ad Agesiam usque protendi decorum omnium illius gentis ac Sacerdotii in primis et divinationis hæredem. Sed victoria triumphans jam astat Heros splendore novo et cælesti spectandus, quo Gratiæ ejus vultum irradiant, dum livor extabescit videndo, et inumbrare tentat inviolabile fortitudinis lumen. Sed frustra omnino. Nam Mercurius in Cillenio Arcadiæ monte cultus, crebrisque muneribus et sacrificiis per maternos Agesiæ proavos honoratus, et Juppiter pari studio ac benevolentia patrocinium illi impertiunt suum, quo felix in dies magis et gloriosus evadat. Gaudet Pindarus sibique placet, quod Arcadico cognatus Victori ex avia materna sua Stymphalia Metope genitrice Thebes, cujus ipse filius est ad canendos victores natus, ejusdem cum illo gloriæ particeps sit. Quare ille generoso fastu plenus, suæque poeticæ facultatis sibi conscius Choragum Æneam sublimium fidelem sensuum præconem, ministrum intimum Musarum, et magna sonantium carminum Vas illustre compellat ardens eique præcipit, ut socios ad cantum excitet, et Partheniam Junonem celebrans,

quæ

quæ in Arcadia patria Agesiæ prima colitur, palam faciat omnibus, quam mendax et iniquum sit Bœotiæ stupiditatis probrum; alterius deinde patriæ Numina, Jovem scilicet Ætnæ dominum, flavam Cererem, ejusque filiam albis superbam equis extollat; Ortygiam etiam et Syracusas cum sapiente ac pio Hierone addat laudibus, dotesque eximias illius Regis cum iis conjungat, quæ sunt Agesiæ, ut ille lætius libentiusque excipiat hymnum, qui a Stymphaliis manibus ad ipsum venit. Optat interim hic poeta egregio Regi tranquillam et stabilem felicitatem, videtque in gemina Victoris patria duas ancboras, quæ illum in mediis quasi fluctibus certo utriuque firmant auxilio. Claudit Oden ad Neptunum conversus, eumque precatur, ut longam curarumque expertem vitam fortissimo suo concedat Nepoti, et sibi laudatori ejus novum semper et placentem poeticæ virtutis florem. Neque vero quisquam putet, in variis disjunctisque rebus undecunque collectis poetam nostrum aberrare a proposito. Pictura, quæ terræ faucibus absorptum Augurem, extinctos Duces, rogos Thebis erectos, et Adrasti, ante quam mortuum Amphiaraum laudet, dolorem offert et lacrimas, potestne magis esse opportuna ad augendam laudem Amphiarao tributam, et ad Agesiæ pectus pari prædicatione mulcendum? Prædicatio enim eo major est, quo majore animi dolore exprimitur. Jamidarum porro historia non suscitas statim in Græcorum mentibus imaginem prope cælestem Victoris, qui a Neptuno et a Phœbo sui sanguinis per Pitanen et Evadnen felices divinasque nuptas originem ducit? Non miro modo amplificatur inde, ac velut in circulum late radiantem extenditur Sacerdotis Vatisque majestas a nobilissimis bisce derivata fontibus, hæreditaria possessa sorte et nunquam immortali Deorum dono interrupta? Quis non videt, Jamo auctori generis a Draconibus prodigiose nutrito, madefacto a violis tenella membra rigantibus, a Phœbo divinationis arte insignito, ab Hercule in Elide facto interprete oraculorum, et perenni piorum fortiumque Nepotum serie donato oportuisse virum in Agesia succedere, qui suis virtutibus novam lucem et magnificam stirpi adderet antiquissimæ? Longa sane et minutius descripta narratio est, ve-

rum

rum ad gustatum Græcorum amantem imagines et picturas apprime facta, et omnino illi maximæ existimationi respondens, qua gaudebat apud omnes Jamidarum familia. Longitudo carminis, quæ varietate nitet, et propositum custodit semper, tantum abest, ut unquam lectori displiceat, ut immo admirabilior fiat in omnibus, et voluptatem inde natam producat. A materna autem Avia Stymphali eive orta Pindaro, et ostentata propinquitas, quale gaudium Victori affert, qui Lyricorum Principem celeberrimum municipem habet suum, eundemque sui præ amore patriæ studiosissimum laudatorem? Quam jucundum illi pro magnitudine laudatoris tanti suam etiam laudem grandescentem videre! Neque aliena ab argumento excursio est, quæ ad Regem Hieronem pertinet. Cum enim secundam Agesiæ patriam nominare necesse habuerit poeta, qui poterat unquam id ille facere, quin simul ejus dominum memoraret, regiasque justo honore celebraret virtutes? Regis certe laudatio illustriorem amici redditura erat victoriam, et ipsi Regi dignitatem auctura communione gloriæ. En quomodo in digressionibus servatæ a Pindaro sunt leges illæ, quas recta primum ratio, deinde omnium præceptorum artis exquisita doctrina postulat. Nam connexa et apta inter se ita sunt omnia, ut nihil in iis hiulcum, solitarium nihil, nihilque temere aberrans deprehendi possit: ea unitas ipsa, quæ per se sola mancam et imperfectam virtutem haberet, splendido apparatu rerum, gravitate sententiarum, imaginum copia et pulcritudine, nova et actuosa vocabulorum gratia, sonore vocum granditatis pleno, animi motibus felicissimis, et nusquam deficiente ardore spiritus, mentes rapiat et oblectet.

ΠΙΝΔ. ΟΛΥΜΠ.

εἶδος ϛ'.

ΑΓΗΣΙΑ ΣΥΡΑΚΟΥΣΙΩ

Α'πήνη.

Σ. ά. Κ. ιά.

Χρυσέας ὑποστάσαντες εὐ-
τειχεῖ προθύρῳ θαλάμου
Κίονας, ὡς ὅτε θαητὸν μέγαρον,
Πάξομεν. ἀρχομένους δ' ἔργου, πρόσωπον
Χρὴ θέμεν τηλαυγές. εἰ
Δ' εἴη μὲν Ὀλυμπιονίκας,
Βωμῷ τε μαντείῳ ταμίας Διὸς ἐν
Πίσᾳ, συνοικιστήρ τε τᾶν κλεινᾶν Συρα-
κουσᾶν· τίνα κεν φύγοι ὕμνον
Κεῖνος ἀνὴρ ἐπικύρσας ἀφθόνων
Ἀστῶν ἐν ἱμερταῖς ἀοιδαῖς;

Α. ά. Κ. ιά.

Ἴστω γὰρ ἐν τούτῳ πεδί-
λῳ δαιμόνιον ποδ' ἔχων
Σωστράτου υἱός. ἀκίνδυνοι δ' ἀρεταὶ
Οὔτε παρ' ἀνδράσιν, οὔτ' ἐν ναυσὶ κοίλαις,

Τίμιαι.

OLYMP. VI.

[*Str.* 1.] Auratas subjicientes bene murato domus vestibulo columnas, præclaris velut in ædibus, struemus. Auspicantes enim opus frontem decet ponere longe splendidam. Si vero adsit Olympicus victor, aræque fatidicæ Jovis in Pisa præfectus, conditorque nobilium Syracusarum, quemnam ille effugiat hymnum, nactus non invidorum civium amabilia carmina?

[*Ant.* 1.] Atqui sciat, in hoc calceo felicem pedem se habere, [ad se hæc pertinere] Sostrati filius. Periculorum vero expertes virtutes nec inter homines [terra pu-

OLYMPIA.

AGESIÆ SYRACUSANO.

RHEDA MULARI.

ODE ALCAICA VI.

LAte superbæ molis ut (1) artifex,
Fabri laboris vestibulo aureas
Subdam columnas. Nam micantem
Longius explicuisse frontem
Augusto in orsu magni operis decet.
Si Vir coronâ cinctus olympicâ
Sit unus, et Pisæ Sacerdos
Fatidicam Jovis ornet aram,
Novamque formam nunc Arethusiæ
Inducat urbi, quæ sibi non paret
Præconia hic hymni petitus
Undique suaviloquente cantu,
Er nactus omni corda carentium
Livore? Dium Sostratides sciat
Lucente in isto Gratiarum
Se statuisse pedem cothurno:
Exsors pericli per patulos soli
Tractûs, et æquor navigerum caret

(1) Caspar Laurentius in commentario Hermogenis sic istam comparationem reddit. „ Initium operis debet habere primum aspectum splendidum, ut in magnifico ædificio frons est et vestibulum. Præstans enim argumentum illustre exordium postulat „.

Τίμιαι. πολλοὶ δὲ μέ-
μνανται, καλὸν εἴ τι πονα θῇ.
Ἀγησία, τὶν δ' αἶνος ἕτοιμος, ὃν ὁ
Δίκᾳ ἀπὸ γλώσσης Ἄδραστος μάντιν Οἰ-
κλείδαν ποτ' ἐς Ἀμφιάραον
Φθέγξατ', ἐπεὶ κατὰ γαῖ' αὐτόν τέ νιν
Καὶ φαιδίμας ἵππους ἔμαρψεν.

Ε. ἀ. Κ. ιδ'.

Ἑπτὰ δ' ἔπειτα πυρᾶν νεκρῶν τελε-
σθέντων, Ταλαϊονίδας
Εἶπεν ἐν Θήβαισι τοιοῦτόν τι ἔπος·
Ποθέω στρατιᾶς
Ὀφθαλμὸν ἐμᾶς, ἀμφότερον,
Μάντιν τ' ἀγαθὸν,
Καὶ δουρὶ μάρνασθαι. τὸ καὶ
Ἀνδρὶ κώμου δεσπότᾳ
Νῦν πάρστι Συρακοσίῳ.
Οὐ φιλόνεικος ἐών,
Οὔτ' ὢν δύστρις τις ἄγαν,
Καὶ μέγαν ὅρκον ὀμόσσας,
Τοῦτό γέ οἱ σαφέως μαρτυρή-
σω. μελίφθογγοι δ' ἐπιτρίψοντι Μοῖσαι.

Σ. β.

---

pugnantes] pretiosæ sunt, nec in navibus cavis; sed præclarum si quid cum labore gestum fuerit, ejus multi meminerunt. In te vero, o Agesia, laus ea convenit, quam juste olim Adrastus in vatem Oiclidem Amphiaraum ore proloquutus est, quum terra ipsumque et insignes equos absorpsisset.

[*Epod.* 1.] Septem enim deinceps rogis cadaverum exstructis, Talaionides dixit apud Thebas tale aliquod verbum: Desidero exercitus mei lumen, vatem non minus sapientem, quam hasta pugnando fortem. Quod idem nunc convenit in hymni mei heroem Syracusanum; idque ei neque contentiosus ego neque rixosus valde, magno jurejurando interposito diserte testabor: modo mellisonæ permittent Musæ.

Digitized by Google

Honore virtus; sed laborum
Eximii memorantur ausûs.
Agêsia, astat laus tibi splendida,
Quam lingua quondam justifici pia
Deprompsit Adrasti, sepulto
Vate et equis rutiloque curru
Telluris imæ faucibus. Editis
Funesta septem (1) flamma rogis virûm
Subibat artûs, cum gemiscens
Sic Talaïonides (2) profundum
Thebana juxtâ mœnia dicitur
Rupisse questum: quæro oculum (3) mei
Exercitûs, vatemque magnum et
Fulmineâ metuendum in hastâ.
Nostri Sicanum carminis arbitrum
Hæc cingit æque Gloria. Litium
Nil ipse rixarumque amicus
Tale viro sine fraude veri
Jurabo verbum, nec renuet datam
Mellita laudem Pieridum cohors.

(1) Septem rogi Argivorum cæsorum in prælio ad septem portas Thebarum erecti erant, impetrata per Theseum a Thebanis urendi cadavera facultate.

(2) Adrastus Talai filius Argivorum et Sicyoniorum Rex.

(3) Amphiaraum Oiclei filium vatem simul et bellatorem eximium, quem Juppiter miserationis motus in Oropo Bœotiæ oppido una cum curru et equis absorbuit, patefacta tellure.

Σ. β'. Κ. ιά.

Ω' Φίντις, ἀλλὰ ζεῦξον ἥ-
δη μοι σθένος ἡμιόνων
Ἠΐ τάχος, ὅρρα κελεύθῳ τ' ἐν καθαρᾷ
Βάτομεν ὄχχον, ἵκωμαί τε πρὸς ἀνδρῶν
Καὶ γένος. κεῖναι γὰρ ἐξ
Ἄλλαν, ὁδὸν ἀγεμονεῦσαι
Ταύταν ἐπίστανται, στεφάνους ἐν Ὀλυμ-
πίᾳ ἐπεὶ δέξαντο. Χρὴ τοίνυν πύλας
Ὑμνων ἀναπετάμεν αὐταῖς.
Πρὸς Πιτάναν δὲ παρ' Εὐρώτα πόρον,
Δεῖ σάμερόν γ' ἐλθεῖν ἐν ὥρᾳ.

Α. β'. Κ. ιά.

Ἄ τοι Ποσειδάωνι μι-
χθεῖσα Κρονίῳ, λέγεται
Παῖδ' ἰοβόστρυχον Εὐάδναν τεκέμεν.
Κρύψε δὲ παρθενίαν ὠδῖνα κόλποις.
Κυρίῳ δ' ἐν μηνὶ πέμ-
ποισ' ἀμφιπόλους, ἐκέλευσεν
Ἡρωϊ πορσαίνειν δόμεν Εἰλατίδᾳ
Βρέφος γ', ὃς ἀνδρῶν Ἀρκάδων ἄναστε Φαι-
σάνᾳ, λάχε τ' Ἀλφεὸν οἰκεῖν.
Ἔνθα τραφεῖσ', ὑπ' Ἀπόλλωνι γλυκεί-
ας πρῶτον ἔψαυσ' Ἀφροδίτας.

Ε. β'.

[*Str.* 2.] Junge mihi jam, o Phintis, robur mularum quam celerrime, ut per viam patentem ducam currum, veniamque ad victorum etiam stirpem. Illæ enim præ aliis viæ hujus duces esse norunt, coronas Olympiæ postquam reportarunt. Jam decet portas hymnorum patefacere ipsis, ad Pitanamque juxta Eurotæ meatum oportet hodie venire tempestive,

[*Ant.* 2.] quæ a Neptuno compressa Saturnio dicitur filiam violaceis capillis Evadnen peperisse; clam gestaverat autem virgineum fœtum sinu, justoque mense editam infantem famulas jussit educandam tradere heroi Elatidæ, qui Arcadibus imperabat Phæsanæ, sortitusque fuerat Alpheum accolere. Ibi educata, ab Apolline compressa dulcem primum degustavit Venerem.

Surge ergo (1), mularumque robur
Junge mihi, celeremque, Phinti
Auriga, rhedam protinus instrue,
Accende mulas, semira quâ patet
Intacta, Victorisque monstrat
Primigenam radiata stirpem.
Namque hujus illæ præ reliquis valent
Scientiores esse duces viæ,
Olympiæ postquam cupitam
In sradio retulere palmam.
Illis apertæ sint igitur fores
Hymnorum, et undâ quâ vagus ubere
Decurrit Eurotas, volemus
Læti hodie Pitanes (2) ad urbem,
Saturnio olim quæ pelagi Deo
Fudisse nigram cæsarie parens
Narratur Evadnen, sed alto
Virginei occuluisse fetus
Sinu dolorem. Mense igitur suo
Enixa fidas illa puellulam
Mandat per ancillas alendam
Elatidi Arcadiæ Tyranno
Regnum tenenti Phæsanium sacros
Alphêi ad ortûs. Virgo ibi regiis
Educta curis dante Phœbo
Primitus ambrosium Dionæ

Gu-

(1) Ἀλληγορία, qua poeta per aurigam mentem suam, per mulas et puram viam præclarum argumentum et insignes versus, per currum totum hunc hymnum intelligit, ut optime interpretatur Benedictus.

(2) Pitanes Nymphæ, ejusque filiæ historiam texit, ut ab Jamo Evadnes filio antiquum et illustre Agesiæ genus ostendat.

Ε. β'. Κ. ιδ'.

Οὐδ' ἔλαθ' Αἴπυτον ἐν παντὶ χρόνῳ,
Κλέπτοισα Θεοῖο γόνον.
Ἀλλ' ὁ μὲν Πυθῶνα δ', ἐν θυμῷ πίσας
Χόλον οὐ φατὸν ὀ-
ξεῖᾳ μελίτᾳ, ὤχετ' ἰὼν
Μαντευσόμενος
Ταύτας πὶρ ἀτλάτου πάθας.
Ἀ δὲ φοινικόκροκον
Ζώναν καταθηκαμένα,
Καλτιδά τ' ἀργυρέαν,
Λόχμας ὑπὸ κυανέας
Τίκτε θεόφρονα κοῦρον·
Τᾷ μὲν ὁ Χρυσοκόμας πραΰμη-
τόν τ' Ἐλευθὼ συμπαρίστασίν τε Μοίρας.

Σ. γ'. Κ. ιά.

Ἦλθε δ' ὑπὸ σπλάγχνων ὐπ' ὠ-
δῖνός τ' ἐρατᾶς Ἴαμος
Ἐς φάος αὐτίκα. τὸν μὲν πτιζομένα
Λεῖπε χαμαὶ· δύο δὲ γλαυκῶπες αὐτὸν
Δαιμόνων βουλαῖσιν ἐ-
θρέψαντο δράκοντες, ἀμιμφεῖ
Γῶ μελισσᾶν, καδόμενοι. βασιλεὺς
Δ' ἐπεὶ

[*Epod.* 2.] Neque latuit Æpytum omni tempore, celans Dei prolem. sed is quidem animo comprimens iram ineffabilem acri cura Pythonem abiit oraculum consulturus hoc de intolerando casu. Illa vero punicea-trama-intextam zonam deponens urnamque argenteam, dumos inter opacos peperit divinum puerum; dum Auricomus adesse ei curabat placidamque Lucinam Parcasque.

[*Str.* 3.] Prodiit igitur ex utero partu amabili statim in lucem Jamus; quem illa quidem dolens reliquit humi, duo vero cæsii dracones Deorum voluntate curantes eum nutriverunt innoxio succo apum. Rex autem postquam petrosa curru vectus

rediit

Gustare pomum cœpit. At Ægytum
Latêre semper non potuit Dei,
Celante Nymphâ, Semen. Ergo
Corde premens grave vulnus ipse,
Infandam et iram Pythia consulit
Oracla velox pectore turbidûm
Fremente et indignante fœdi
Opprobrium tolerare casus.
Zonæ illa textum purpureæ interim,
Argenti et urnam deposuit silens
Dumosâ in umbrâ jam datura
Mente parem superis puellum.
Lucina matri lenibus affuit
Jucunda dictis: adstiterunt simul
Auro coronati verentes
Jussa Dei violare Patcæ;
Statimque sanctis visceribus bono
Dulcique partu prodiit Jämus
In lucis auras: nudum, egenum
Tristis humi genitrix reliquit;
Dio sed illum consilio exciti
Glaucis micantes luminibus duo
Fovêre desertum dracones,
Et vigili studuêre cura
Nutrire in horas criminis inscio
Apum (1) veneno. Vectus equo redit

Hæc

(1) Liquore nimirum mellis. Nam venenum vox est media, et in utramque partem sumi potest, ut valetudo, medicamentum, facinus et alia. Hinc apud Virgilium colorem purpuræ notat: „Alba nec Assyrio fucatus lana veneno „.

Δ' ἐπεὶ πετραίσας ἐλαώνων ἵκετ' ἐκ
Πυθῶνος, ἅπαντας ἐν οἴκῳ
Εἴρετο παῖδα, τὸν Εὐάδνα τέκοι·
Φοίβου γὰρ αὐτὸν φᾶ γεγάκειν
A. γ'. K. ιά.
Πατρὸς· πέρι θνατῶν δ' ἔστε-
σθαι μάντιν ἐπιχθονίοις
Ἔξοχον· οὐδέ ποτ' ἐκλείψειν γενεάν.
Ὣς ἄρα μάνυε. τοὶ δ' οὔτ' ὢν ἀκοῦσαι,
Οὔτ' ἰδεῖν εὔχοντο, πεμ-
πταῖον γεγενημένον· ἀλλ' ἐγ-
κέκρυπτο γὰρ σχοίνῳ βατία τ' ἐν ἀπει-
ράτῳ, ἴων ξανθαῖσι καὶ παμπορφύροις
Ἀκτῖσι βεβρεγμένος ἁβρὸν
Σῶμα· τὸ καὶ κατεφάμιξεν καλεῖ-
σθαί μιν χρόνῳ σύμπαντι μάτηρ
E. γ'. K. ιδ'
Τοῦτ' ὄνυμ' ἀθάνατον. Τερπνᾶς δ' ἐπεὶ
Χρυσοστεφάνοιο λάβεν
Καρτὸν ἥβας, Ἀλφεῷ μέσῳ καταβάς,
Ἐκάλεσσε Ποσει-
δᾶν εὐρυβίαν ὃν πρόγονον,
Καὶ τοξοφόρον

Δάλου

---

rediit ex Pythone, omnes domi interrogabat de puero, quem Evadne peperisset. Phœbo enim ipsum dicebat genitum esse

[*Ant.* 3.] patre; futurumque inter homines vatem omnium mortalium præstantissimum, neque unquam cariturum progenie. Sic utique referebat. Illi autem nec audivisse nec vidisse se adseverabant infantem, etsi quinto abhinc die natum: sed latebat ille in junco rubetoque denso, corpore tenero violarum flavis et purpureis [roris] radiis madefacto. Propterea etiam mater jussit vocari eum omni tempore

[*Epod.* 3.] hoc nomine immortali. Suavis vero postquam coronatæ accepit pubertatis fructum, in Alpheum medium descendens invocavit noctu sub dio Neptunum late potentem suum avum, et arcitenentem Deli divinitus fundatæ custodem, petens

Hæc inter e tellure Pithûs
Saxiferæ, rogitatque læto
Rex ore cunctos de puero ilicet,
Fecunda dudum quem peperit suâ
Evadne in aulâ. Namque patre
Ille satum docet esse Phœbo,
Vatemque terris ante alios fore
Præstante notum luce scientiæ,
Nullasque passurâ tenêbras
Progenie veniens in ævum.
Hæc ille pandit. Sed famuli negant
Audisse quicquam, vel pueri novos
Vidisse vultûs, quinque ab ortu
Transierint licet inde soles.
Juncos acutos inter, et asperis
Horrente late vepribus in loco
Latebat infans mollicellos
Uvidulis madefactus artûs
Stillis, rubentes quas violæ undique
Flavæque circum, ceu radios, dabant.
Hinc Jämum jussit vocari
A violis generosa mater
Nullis caduco nomine sæculis.
Jamque ille postquam cepit amabilem
Fructum juventæ flore pulcras
Aurcolo decorante mâlas,
Descendit illuc, quâ mediam rigat
Alpheus urbem, sub jove frigido
Nocturnus, augustumque vasti
Imperii dominum, suumque
Avum vocavit flexanimâ prece
Neptunum, et arcu conspicuum aureo,

Δάλου θεοδμάτας σκοτὼ,
Αἰτέων λαίτροφον
Τιμὰν τὰν ἐκ κεφαλᾶ,
Νυκτὸς ὑπαίθριος. αὐ-
τερθέγξατο δ' ἀρτιεπὴς
Πατρία ὄσσα, μεταλλα-
σὼν τί μιν· Ὄρσο τέκνον, δεῦρο πάγ-
χοινον ἐς χώραν ἴμεν, φάμας ὄτισθεν.
Σ. δ'. Κ. ιά.
Γέοντο δ' ὑψηλοῖο πέ-
τραν ἀλίβατον Κρονίου·
Ἔνθα οἱ ὦπασε θησαυρὸν δίδυμον
Μαντοσύνας· τόκα μὲν, φωνὰν ἀκοὰν
Ψευδέων ἄγνωστον· εὖ-
τ' ἂν δὲ θρασυμάχανος ἐλθὼν
Ἡρακλέης, σεμνὰν θάλος Ἀλκαίδᾶν,
Πατρὸς θ' ἑορτάν τε κτίσῃ πλειστόμβροτον,
Τεθμά τε μέγιστον ἀέθλων,
Ζηνὸς ἐπ' ἀκροτάτῳ βωμῷ· τότ' αὖ
Χρηστήριον θέσθαι κέλευσεν.
Α. δ'. Κ. ιά.
Ἐξ οὗ τολύκλειτον καθ' Ἕλ-
λανας γένος Ἰαμιδᾶν.
Ὄλβος ἅμ' ἕσπετο. τιμῶντες δ' ἀρετὰς,

Ε's

tens sibi publicum quendam honorem. Respondit autem veridica paterna vox, compellavitque eum: Surge fili, huc sequere vocem, ut in regionem omnibus communem [futuram] veniamus.

[*Str.* 4.] Atque sic venerunt alti ad petram excelsam Cronii, ubi ei præbuit thesaurum geminum divinationis: tunc quidem vocem audire mendaciorum nesciam; quando vero audax Hercules, augustum Alcaidarum germen, venerit, patrisque festum frequens hominibus, certaminumque magnorum sollemnia ad Jovis aram supremam instituerit, tum vero oraculorum sacellum condere jussit.

[*Ant.* 4.] Ex quo tempore inclitum inter Græcos Jamidarum genus. Simul felicitas

[iis]

Delique custodem reductis
Vi superâ fabricatæ in undis,
Suo potentes ut capiti sacrum
Altumque cultu perpete gentium
Ferrent honorem. Lingua patris
Veridicos retulit precanti
Sic fata sensûs: surge, meum genus,
Sonumque vocis pone sequens meæ
Veni: paraturæ petamus
Omnibus hospitium Pelasgis
Telluris oras. Ad Cronii simul
Venere rupem nubiferam jugi,
Divinæ inaccessas recludit
Artis opes, geminumque nato
Thesaurum Apollo, dans liquidam alitum
Cantûs per æthram fallere nescios
Sentire primum; deinde, quando
Omnigeni indomitique cœpti
Molitor audax, germen et inclytum
Alcæi in Elin se feret Hercules,
Ut festa supremo Parenti
Densâ hominum celebranda turbâ,
Magnosque ludos constituat novi
Splendore ritus, sistere in editâ
Tonantis arâ signa Lauri
Vaticinæ (1), tripodemque Sellam.
Exinde claros Helladi circumit
Fortuna celsis Jämidas bonis.
Cultoribus recti serenum
Lux aperit super alta callem,

(1) Quia Jamus futurus erat Jovis in Elide sacerdos et oraculorum interpres.

Ε'ς φανερὰν ὁδὸν ἔρχονται. τεκμαίρει
Χρῆμ' ἕκαστον. Μῶμος ἐκ
Δ' ἄλλων κρίμαται φθονεόντων
Τοῖς, οἷς ποτε πρῶτον περὶ δωδέκατον
Δρόμον γ' ἐλαυνόντεσσιν αἰδοία ποτι-
στάζει χάρις εὐκλέα μορφάν.
Εἰ δ' ἐτύμως ὑπὸ Κυλλάνας ὄρος,
Ἀγησία, μάτρωες ἄνδρες
Ε. δ'. Κ. εδ'.
Ναιεταόντες, ἐδώρησαν Θεῶν
Κάρυκα λιταῖς θυσίαις
Πολλὰ δὴ πολλοῖσιν Ἑρμᾶν εὐσεβέως,
Ὅς ἀγῶνας ἔχει,
Μοῖράν τ' αἰθλων Ἀρκαδίαν
Τ' εὐάνορα τι-
μᾷ· χεῖνος, ὦ παῖ Σωστράτου,
Σὺν βαρυγδούπῳ πατρὶ,
Κραίνει σὲθεν εὐτυχίαν.
Δόξαν ἔχω τιν' ἐπὶ
Γλώσσᾳ ἀκόνας λιγυρᾶς,
Ἀ' μ' ἐθέλοντα προσέλκει
Καλλιρόοισι πνοαῖς. ματρομά-
τωρ ἐμὰ Στυμφαλὶς, εὐανθὴς Μετώπα,

Σ. ἑ.

[iis] contigit. Colentes vero virtutem aperta via incedunt. Indicat opus quemque. Reprehensio autem aliorum invidorum hominum impendet iis, quibus aliquando primum duodecies in spatio decurrentibus venerandа adstillat Gratia gloriosum vultum. Si autem vere tui, o Agesia, materni majores sub Cyllenes monte

[*Epod.* 4.] habitantes Mercurium Deorum præconem, qui certamina sortemque præmiorum gubernat, Arcadiamque incolis insignem amat, sæpe multis supplicibus sacrificiis religiose coluerunt: ille cum gravistrepo patre tuam, o Sostrati fili, felicitatem perficit. Oberrat linguæ cotis instar acutæ narratio, meque lubentem ad pulcrifluos tibiarum flatus allicit. Avia materna mea Stymphalis florens Metope est,

Digitized by Google

Et se videndum plenius in suis
Dat quisque factis. Livor at imminet
  Petitque præstantes honore,
    Queis decies renovatus arsit,
Et bis rotarum cursus in æquore,
Primumque victrix Gratia nobilem
  Adspergit instillatque fronti
    Insoliti speciem decôris.
Agesia, hostem ne timeas. Tuæ
Si (1) matris illî prisci atavi pie,
  Et sæpe Cyllênes ad ima
    Simplicibus coluere donis
Deûm ministrum Mercurium alitem,
Qui justa sortis præmia temperat
  Certaminum præses, virisque
    Fortibus Arcadiæ superbas
Honorat urbes, ille tibi, et Pater
Rauco crepantis murmure fulminis
  Timendus optato coronant
    Unanimes tua vota fine.
Res blanda menti nunc subit, et ciet
Lævatque linguam, eos veluti, meam,
  Et tibiæ impellit volentem
    Dulciloquum resetare flamen.
Stymphalis (2) offert sese Avia hic mihi
Nitens Metôpê floribus, et meæ

Mater

(1) Laus Agesiæ ex maternis majoribus, qui ad ima montis Cyllenes habitabant pii cultores Mercurii.

(2) Stymphalus urbs Arcadiæ sita ad Ladonem fluvium, qui pater Metopes fuit. Metope vero ex Asopo Thebano flumine Theben genuit, quæ cum patria Pindari sit, ejus mater ab eo dicitur, et Metope avia.

Σ. ί. Κ. ιά.

Πλάξιππον ἃ Θήβαν ἔτι-
κτεν, τᾶς ἐραστεινὸν ὕδωρ
Πίομαι, ἀνδράσιν αἰχμητᾶισι πλέκων
Ποικίλον ὕμνον. Ὄτρυνον νῦν ἑταίρους,
Αἰνέα, πρῶτον μὲν Ἥ-
ραν Παρθενίαν κελαδῆσαι·
Γνῶναί τ' ἔπειτ', ἀρχαῖον ἄνειδος ἀλα-
θέσιν λόγοις εἰ φεύγομεν, Βοιωτίαν
Τ' ὖν. ἐστὶ γὰρ ἄγγελος ὀρθός,
Ἡὐκόμων σκυτάλα Μοισᾶν, γλυκὺς
Κρατὴρ ἀγαφθέγκτων ἀοιδᾶν.

Α. ί. Κ. ιά.

Εἶπον δὲ, μεμνᾶσθαι Συρα-
κουσᾶν τε, καὶ Ὀρτυγίας·
Τὰν Ἱέρων καθαρῷ σκάπτῳ διέπων,
Ἄρτια μηδόμενος, φοινικόπτιζαν
Ἀμφίπτει Δάματρα, λευ-
κίππου τε θυγατρὸς ἑορτάν,
Καὶ Ζηνὸς Αἰτναίου κράτος. ἀθύλλοτοι
Δί μιν λύραι μολπαί τε γινώσκοντι. μὴ
Θραύσοι χρόνος ὄλβον ἐφέρτων.

Σὺν

[*Str.* 5.] equorum agitatricem quæ Theben peperit, cujus ego dulcem aquam bibo, viris bellicosis nectens egregium hymnum. Excita nunc socios, Ænea, primum ut Junonem Partheniam canant, tumque ut declarent, vere nos effugisse antiquum probrum: Bœotiam suem. Es enim nuncius rectus, pulcricomarum scytale Musarum, dulcisonorum carminum crater.

[*Ant.* 5.] Jube porro meminisse Syracusarumque et Ortygiæ, quam justo sceptro rectisque consiliis gubernans Hiero rubripedem colit Cererem, candidisque equis vectæ filiæ festum, Jovisque Ætnæi potentiam. Suavisonæ autem cum lyræ cantusque no-

Mater reluctantes amantis
Quadrupedes agitare Thebês,
Cujus süavem lætus aquam bibo
Labore nectens artifici aureum
Victoribus munus. Magister
Eja chori, socios adurge,
Æneâ (1), ut acres Partheniæ (2) prius
Junonis altum concelebrent decus,
Dein nosse dent cunctis, an ipsi
Arte novâ generis vetustum,
Et turpe nostri fûgerimus probrum.
Tu præco fidus, tu scytala es mihi
Belle renodantum capillos
Aonidum, placitusque crater
Longe sonantum tu mihi carminum.
Dic ultro, ut æquis Ortygiam (3) modis
Simul, Syracusasque tollant,
Quas Hiero metuente culpæ
Sceptro gubernat consilii potens,
Justique custos. Is Cererem pede
Rubente lætam, filiæque
In niveo volitantis axe
Solemne festum rite colit memor,
Et ambientem cuncta potentiam
Tonantis Ætnæi. Loquaces
Facta lyræ, resonique cantûs
Novêre Regem. Ne, precor, invidum
Ne tempus olli frangat et obruat

Tot

(1) Æneas hic choragus poetæ fuit.
(2) Juno Parthenia dicta a Parthenio Arcadiæ monte, ubi colebatur.
(3) Ortygiam insulam ante Syracusas sub Hieronis imperio.

Σὺν δὲ φιλοφροσύναις εὐπράτοις
Ἀγησία δέξαιτο κῶμον,
E. ί. K. ιδ'.
Οἴκοθεν οἶκαδ' ἀπὸ Στυμφαλίων
Τειχέων ποτινισσόμενον,
Ματέρ' εὐμήλοιο λείποντ' Ἀρκαδίας.
Ἀγαθαὶ δὲ πέλον-
τ', ἐν χειμερίᾳ νυκτὶ θοᾶς
Ἐκ ναὸς ἀπε-
σκῖμφθαι δὺ' ἄγκυραι. Θεὸς
Τῶνδ' ἐκείνων τε κλυτὰν
Αἶσαν παρέχοι. φιλέων,
Δέσποτα ποντόμεδον,
Εὐθὺν δὲ πλόον, καμάτων
Ἐκτὸς ἐόντα, δίδου, χρυ-
σαλακάτοιο πότις Ἀμφιτρί-
τας· ἐμῶν δ' ὕμνων ἄεξ' εὐτερπὲς ἄνθος.

ΠΙΝΔ.

---

norunt. Ne adrepens tempus frangat ejus felicitatem. Sed cum comitate amabili Agesiæ excipiat hymnum

[*Epod.* 5.] a Stymphaliis mœnibus e patria ad patriam venientem relicta pecorosæ Arcadiæ matre [metropoli]. Prodest vero in tempestuosa nocte celeri ex nave demissas figere duas ancoras. Deus horum illorumque [Arcadum et Syracusanorum] illustrem sortem reddat. Lubens vero, Neptune, mari imperans, aureum-columgestantis Amphitrites marite, prosperum concede cursum ærumnis vacantem, meorumque carminum auge dulce decus.

Tot dona sortis. Sit beatus,
Et placido legat ore dulcem
Agêsiæ (1) hymnum, qui venit aliger
Ex orâ in oram mœnibus exiens
Stymphâlicis, et regna linquit
Arcadiæ pecorosa matris.
In nocte prensam nimbifetâ (2) duplex
Demissa navem sustinet ancora.
Ah patriam Victoti utramque
Servet amans celebretque Numen:
Colum gerentis molliter auream
Sponse (3) Amphitrites, imperitans mari,
Da vitæ inoffensum nepoti,
Et trepidi vacuum laboris
Cursum per undas, et mihi nominis
Famam canenti dulcius in dies
Augere, et hymnorum recentem
Luce novâ redimire florem.

(1) Agesias intimus Hieronis amicus erat.
(2) Per duplicem ancoram designat poeta paternam maternamque Agesiæ stirpem nobilissimam.
(3) Neptunum invocat tanquam auctorem stirpis Jamidarum.

Digitized by Google

OLYMPICÆ SEPTIMÆ

ARGUMENTUM.

TAnto in pretio apud Græcos hæc Ode fuit habita, ut aureis litteris in Minervæ Templo a Rhodiis civibus incideretur. Juvat igitur hanc præ ceteris accurate dispicere, ut ejus eximia pulcritudo in bono lumine collocata et Poetæ gloriam et Victoris ostendat. Diagoras Rhodius pugilatu Victor Olympiade septuagesima nona simplex quidem Pindaro ad celebrandam victoriam, sed sterile præbet argumentum. Quid ergo poeta? Ex thesauro mentis ubere ac fecundo res educit novas, inusitatas, mirabiles, quibus hymnum conficiat. Solet quisque nescio qua insita curiositate, cum aliquod illustre viri facinus sibi narrari audit, de ejus nomine, de patria, de familia, de genere, de virtutibus statim quærere, eoque cupidius, quo gloriosius non Heroi solum, sed ejusdem etiam civibus et universæ nationi ipsum facinus est. Hac itaque naturali cupiditate, qua omnes ducimur, sibi esse utendum Pindarus putat, ut infecundam materiam alat, quam præ manibus habet, et inflammato simul Græcorum studio obsecundet, quo illi in solemnibus coronatos certaminibus suspiciebant Athletas. Quare ipsis Diagoram sistit non ut hominem tantum audacia animi corporisque præstantem viribus, sed ut inclytum pulcherrimæ civem insulæ, Herculeæ stirpis, et Amyntoreæ germen nobilissimum, virtutum in Callianacte et Eratidis fulgurantium hæredem, filium a patre incorrupto justitiæ cultore liberaliter educatum, Athletam demum ingentis et admirandæ staturæ, et quod majus est ac singulare omnino, ut in Olympico sic in omnibus prope ludis victorem. Non potest ille in tanta rerum sibi occursantium turba motus animi agitati et ardentis continere rapido contemplans oculo ex una parte amœnitatem Rhodi, prodigiosam ejus originem, tres venustas in ea et populo abundantes urbes, florens

commercium, divitiarum copiam, culturam artium, et peculiare Numinum patrocinium; ex altera vetustissimum Victoris genus, quod paterna linea a Tlepolemo filio Herculis, bellicoso Heroe, qui Rhodon condidit, et sacrificiis ludorumque pompa, tanquam Deus, ibi colitur, usque ad Jovem ascendit, et materna Astydamiam Amyntoris filiam sui sanguinis habet, et amplissimæ nobilitatis auctorem. Talium rerum aspectu perculsus quasique ebrius raptusque supra se pingere properat artificio sibi noto semperque mirabili multiplicem tabularum seriem, quæ sublime deceat et animet argumentum. Jam ille, qui nihil in ipsa Heroum vita, dum moribus prosit, dissimulat, spectandum primum offert Tlepolemum, cum ira cæcus in urbe Tirynthis ex Mideæ thalamo procedentem Alcmenæ fratrem Licymnium sæviter percutit et occidit oleagino trunco; deinde illum ipsum subito sui criminis pœnitentia correptum exhibet, et ad oraculum Phœbi consternata mente coactum confugere ut acres conscientiæ morsus compescat. Audit responsum poeta, et ad vocem Numinis exsulem sequitur Lernæ litus deserentem fuga, et navium cursum eo dirigentem, ubi terra circum undique marinis aquis obitur. Lugubrem hujusce tabulæ horrorem alia temperat latior, in qua summus Deorum pater inibi est, ut filiam in lucem edat; accurrit bipenni æneâ Vulcanus, et parituri caput diffindit; ad ictum prosilit erumpens Minerva, et alte vociferans cælum et terram fragore implet ac metu. Rhodii hic hortatu solis parentis suî coeunt omnes statim ad exstruendam aram splendidam, in qua primî inter mortales augusto sacrificio Jovem simul et Virginem bellatricem honorent. Jam sacro se accingunt operi, sed igneî seminis properatione nimia obliti silvam consecrant sine flamma. Juppiter interim nihilominus benigne eorum cultum aspiciens ex flava nube auri imbrem largifluum iis immittit, et recens nata Diva eam vim ingenii tribuit in artibus, quæ omnia mortalium opera artifici manu facta sagacitate cælesti et industria vincat. Quæ gloria illi populo et quanta simulacra facienti cujuscunque generis, quæ viva esse quisque juret, et prodigio nunquam viso plena spiritus per urbem ingredi! Tertia tabula Rhodiæ

insulæ

insulæ monstrat ortum eo tempore, quo Juppiter et immortales Dii convenientes in unum inter se partiebantur tellurem. Assignatæ singulis partes erant in concilio, sed nulla Soli, qui tum aberat. Redeunti ab itinere Deo, et conquerenti de injuria sibi temere illata novam Juppiter divisionem statuit, ut orbo Soli satisfaciat. Sed fieri vetat divisionem Sol, cum terram jam ex imis fluctibus maris prodituram videat fecundam hominum pecorumque nutricem. Lachesin igitur protendere dextram jubet, et una cum Saturni filio magnum Deorum jusjurandum jurantem annuere, ut insula simul ac ex mari in lucis oras emerserit, sibi in sortem possidenda tradatur. Præsagitionem illico confirmat eventus; exit insula ex aquis; jam illam Sol propriam habet, gaudetque Rhodi Nymphæ connubio. Ex hac ipse decursu temporis septem liberos sapientia claros sibi datos vidit, quorum unus Jalysum, Camirum et Lindum genuit, qui Avi hæreditatem tripartitam suoque distinctam nomine seorsum singuli obtinuerunt. Quarta superest tabula, in qua tandem fortunata Tlepolemi sors ostenditur. Adest exsul illustris cum Tiryntbiis, quos Argo eduxerat, Rhodi Princeps constitutus: jucunda videt ejus vita, præteritarum ærumnarum finis, et divinus honor tribuitur mortuo, solemne inducitur festum, mactantur victimæ, et ludi instituuntur magnifici, quorum jamdiu floribus bis ipse fuit coronatus Diagoras, ut nunc Olympica palma, aliisque sertis antea in omni Græciæ certamine. Excellentes sane tabulæ, quas mira unitas conjuncto quasi fœdere inter se consociat ad argumenti propositum! Diagoras nobilis erat, nec alia ratione melius illius nobilitas monstrari poterat, quam ut ex ultima antiquitate proderetur omnibus primus auctor familiæ Tlepolemus. Tale certe sibi Diagoræ domus exspectabat decus, quod victoriæ novam lucem daret, et a victoria simul acciperet. Rhodii etiam cives de sua præstantia præ ceteris Græciæ populis gloriabundi singulares suas dotes a poeta exponi et splendide prædicari cupiebant persuasum habentes ex earum claritudine ipsam Diagoræ processisse victoriam, et luculentum excellentiæ suæ documentum eam esse, quod fortes creantur fortibus, et patria perpetuis de-

corata

corata virtutibus non nisi Heroas gignere potest. Conveniunt igitur et argumentum spectant hujusmodi digressiones, quæ ab illo prima fronte videbantur alienæ. Admirabilis enimvero tam dissimilium rerum nexus in Pindaro, sed multo admirabilior stilus. Qualis exordii forma! quam nova et insolens! Comparatio profecto, quæ Oden aperit, sensus raptat mentesque percellit. Quot imagines, quamque splendidæ objiciuntur oculis! Vir astat potens opibus et divinus poeta; auri phiala, et Musarum crater; ros vitis, et nectaris liquor; donum soceri fons lætitiæ genero et amicis in convivio; donum Pindari Athletæ, cognatorum et civium profusa hilaritas et exsultatio. Hic jucunda sponsum juvenem concordia beat, illic Heroem strenue defunctum certamine obvia amplectitur fama, dum poesis suis floribus illi frontem coronat. Citharæ sonant et tibiæ celebrantes Nympham Rhodon filiam Veneris, et Solis sponsam ob insignem victoriæ palmam, quam vasti corporis Athleta retulit. Justitia splendet Damageti patris, ubi tribus læta urbibus surgit insula Argivi populi sedes et habitatio Victoris. Quot deinceps rerum species in æstu carminis suscitantur poetæ omnigenis pictæ coloribus, transformantes miris modis omnia, et ex omni parte magnificentiam spirantes! Vultne ille excusatione aliqua a Tlepolemo admissum crimen tegere? Videndos monstrat errores hominum sub imagine malorum fructuum, qui innumeri ex nostris mentibus pendent, iisque cum præsentis, tum futuri cognoscendi boni omnem adimunt facultatem. Vult consilii armorumque potentiam ostendere? Sistitur Pallas vixdum nata, ejusque clamor altisonus et hastæ fulgurantis horror cæli incolas et telluris tremefaciunt et turbant. Rhodii autem immemores ignis quam belle exprimuntur! Improvisam oblivio super illos nubem extendit, quæ rerum agendarum rectam aufert ex eorum mentibus viam. Opes insulæ sunt Pindaro nivis vellera, vel imber auri, quem Juppiter ex alto misit. Artis opera viventia sunt simulacra, quæ per urbes incedunt; laudorum præmia flores sunt, quibus comæ decorantur victorum; res prosperæ hominum sunt auræ fallaces, quæ mutantur momento temporis; Sol, qui mundum illustrat et exhilarat, acutorum

radio-

radiorum genitalis pater est, et spirantium flammas equorum dux; æra, ludi, loca mente pollent, agnoscuntque Diagoram, et marmora Mezarensia quodlibet aliud, quam illius Nomen, recusant accipere. Quam gravis porro, quam plena sensus, quam moribus utilis invocatio illa est, qua clauditur hymnus! Juppiter supreme Pater, inquit Lyricus ad eum teuero sublimique motu conversus, Juppiter, qui in alto Atabyrii vertice dominaris, benignus excipe hymnum hunc tibi debitum, Virumque una, qui pugil in Olympiæ certamine memorandum suæ virtutis et invidendum specimen dedit. Gratiam huic et honorem apud cives æque ac apud exteros bonus concilia, quia ipse recta calcat adversam injuriæ semitam, et optima parentum consilia servat integer et custodit. Tu vero, mens mea, genus nobile Callianactis, et Eratidarum gloriam, quos Gratiæ fovent et ornant, ne tenebris obrui sinas. Ex his enim etiam splendorem habet Diagoras. Lætetur igitur ille ac triumphet cum patria Rhodo, sed instabilis semper humanarum rerum vicissitudinis memor.

Digitized by Google

ΠΙΝΔ. ΟΛΥΜΠ.

εἶδος ζ'.

ΔΙΑΓΟΡΑ ΡΟΔΙΩ

πύκτῃ.

Σ. ά. Κ. ιά.

Φιάλαν ὡτεί τις ἀ-
φνειᾶς ἀπὸ χειρὸς ἑλών,
Ἀμπέλου ἔνδον καχλάζοι-
σαν δρόσῳ, δωρήσεται
Νειανία γαμβρῷ προπίνων
Οἴκοθεν οἴκαδε, πάγ-
χρυσον, κορυφὰν κτεάνων,
Συμποσίου τε χάριν, κᾶδός τε τιμά-
σας ἑὸν, ἐν δὲ, φίλων
Παρεόντων, θῆκέ μιν ζα-
λωτὸν ὁμόφρονος εὐνᾶς·

Α. ά. Κ. ιά.

Καὶ ἐγὼ νίκταρ χυτὸν,
Μοισᾶν δόσιν, ἀθλοφόροις
Ἀνδράσιν πέμπων, γλυκὺν καρ-
πὸν φρενός γ', ἱλάσκομαι
Ὀλυμπία Πυθοῖ τε νικώ-
ντεσσιν. ὁ δ' ὄλβιος, ὃν

φᾶμαι

OLYMP. VII.

[*Str.* 1.] Phialam uti quis divite manu sumtam, vitis intus bullientem rore, donat juveni genero propinans domo domum [ferendam], auream, culmen, [h. pretiosissimam partem] supellectilis, conviviique decus, et affinitatem honorans suam, amicisque præsentibus facit eum invidendum ob conjugalem thorum:

[*Ant.* 1.] sic ego nectar fusum, Musarum donum, dulcem ingenii fructum mittens ad eos, qui Olympiæ Delphisque victoriæ præmia reportarunt, iis gratificor. Felix

OLYMPIA.

DIAGORÆ RHODIO.

PUGILI.

ODE ALCAICA VII.

CEu, cum novello quis genero scyphum,
Pignus potentis nobile dexteræ,
Spumante vitis rore plenum
Interius, solidoque totum
Ex auro, et atcæ divitis inclytum
Culmen propinans porgit, ut ebibat,
Sibique donatum paternam
E soceri ferat æde in ædem,
Fit mensa dono lætior, et novo
Affine ridet lumine vinculum,
Sponsusque amicis invidendus
Unanimem ob thalamum triumphat;
Sic ipse, nectar dulce Aganippidum,
Diumque munus, mente fluens meâ
Cum gloriosis æstuantes
Mitto viris recreare nisûs,
Gliscente spargo fortia Olympicis,
Pythûsve (1) campis pectora gaudio.

(1) Pitho urbs Græciæ eadem, ac Delphi.

Φᾶμαι κατέχοντ' ἀγαθαί.
Ἄλλοτε δ' ἄλλον ἐποπτεύει χάρις ζω-
θάλμιος, ἀδυμελεῖ
Θ' ἅμα μὲν φόρμιγγι, παμφώ-
νοισί τ' ἐν ἔντεσιν αὐλῶν·

Ε. ά Κ. ιγ'.

Καί νυν ὑπ' ἀμφοτέρων
Σὺν Διαγόρᾳ κατέβαν, τὸν ποντίαν
Τμηέων παῖδ' Ἀφροδίτας,
Ἀελίοιό τε νύμφαν,
Ῥόδον αὐθυμάχαν,
Ὄφρα πελώριον ἄνδρα παρ' Ἀλ-
φειῷ στεφανωσάμενον
Αἰνέσω, πυγμᾶς ἄποινα,
Καὶ παρὰ Καστα λίᾳ·
Πατέρα τε Δαμάγητον ἀδόντα Δίκᾳ·
Ἀσίας εὐρυχόρου
Τρίπολιν νᾶσον τέλας
Ἐμβόλῳ ναίοντας Ἀργείᾳ σὺν αἰχμᾷ.

Σ. β'. Κ. ια'.

Ἐθελήσω τοῖσιν ἐξ
Ἀρχᾶς ἀπὸ Τλαπολέμου
Ξυνὰν ἀγγέλλων διορθῶ-
σαι λόγων, Ἡρακλείος

Εὐρυ-

Felix ille, quem Fama amplectitur bona. Alias autem alium respicit alma Gratia, blandisona cum cithara sonorisque tibiarum instrumentis.

[*Epod.* 1.] Et vero nunc adhibitis utrisque cum Diagora descendi, marinam canens filiam Veneris, Solisque sponsam, Rhodum bellicosam, ut ingentem virum prope Alpheum Castaliamque coronatum pugilatus propter victoriam laudem, patremque Damagetum Justitiæ carum; triurbem insulam prope Asiæ spatiosæ embolum cum Argiva multitudine inhabitantes.

[*Str.* 2.] Volo illis cœptum a Tlepolemo commune contexere carmen, Herculis

late

Ter ille felix, quem decôris
Aurea Fama fovet lacertis!
Sed flore vitam quæ roseo novat,
Modo huic, modo illi Gratia dat suum
Videre vultum blandientis
Ad strepitum citharæ, sonisque
Instincta cunctis flamina tibiæ.
Hos inter ardens Dîagora duce
Descendo concentûs, et hymno
Cæruleam Veneris puellam,
Sponsamque Solis concelebrans Rhodon,
Rectâ irruentem, vastum hominem cano,
Cui propter Alphêum, sacramque
Castaliam (1) pugili revinxit
Corona crinem fulgida Martii
Index laboris. Nec tacita (2) patrem
Lyrâ relinquam, quem sereno
Cana suum Themis ore spectat.
Ambo beati scilicet insulam
Trinis (3) renidentem urbibus incolunt
Cum gente Grajûm, qua patentis
Pars Asiæ tenuata rostri
Navalis (4) instar prominet. His volo
Commune et ipsis civibus Herculis
Propagini magnæ petitum
Ducere Tlepolemi (5) vetustâ

(1) Castalia idem ac mons et fons Castalius in radicibus Parnassi montis, ubi Pythii ludi celebrabantur.
(2) Damagetum Diagoræ patrem.
(3) Rhodus insula tres urbes continebat Lindum, Jalysum et Camirum.
(4) Heynius hic Peræam Asiæ designari putat, quæ Rhodo objecta est ita, ut in cuneum, vel navale rostrum exeat.
(5) Tlepolemus Herculis filius et Jovis nepos, ex quo Rhodii cives paternum duxere genus.

Digitized by Google

Εὐρυσθενεῖ γένᾳ. τὰ μὲν γὰρ
Πατρόθεν, ἐκ Διὸς εὔ-
χονται. τὸ δ' Ἀμυντορίδαι
Ματρόθεν, Ἀστυδαμείας. ἀμφὶ δ' ἀνθρώ-
πων φρεσὶν ἀμπλακίαι
Ἀναρίθμητοι κρέμανται.
Τοῦτο δ' ἀμάχανον εὑρεῖν,
Α. β'. Κ. ιά.
Ὅ, τι νῦν, καὶ ἐν τελευ-
τᾷ, φέρτατον ἀνδρὶ τυχεῖν.
Καὶ γὰρ Ἀλκμήνας κασίγνη-
τον νόθον, σκάπτῳ θένων
Σκληρᾶς ἐλαίας, ἔκταν' ἐν Τί-
ρυνθι Λικύμνιον, ἐλ-
θόντ' ἐκ Θαλάμων Μιδείας,
Τᾶνδε ποτὲ χθονὸς οἰκιστὴρ χολωθείς.
Αἱ δὲ φρενῶν ταραχαὶ
Παρέπλαξαν καὶ σοφόν. Μαν-
τεύσατο δ' ἐς Θεὸν ἐλθών.
Ε. β'. Κ. ιγ'.
Τῷ μὲν ὁ Χρυσοκόμας
Εὐώδεος ἐξ ἀδύτου, ναῶν πλόον
Εἴτε Λερναίας ἀπ' ἀκτᾶς

Στίλ-

late potenti stirpi. Patre enim Jove genitos se gloriantur; e matre vero Astydamea sunt Amyntoridæ. Pendent vero circa hominum mentes innumeri errores, difficileque est adsequi,

[*Ant.* 2.] ut quæ nunc adest felicitas, eadem ad mortem usque homini contingat. Etenim Alcmenæ fratrem nothum, Licymnium, e Mideæ thalamo venientem, duræ oleæ sceptro percutiens occidit Tirynthe hujus olim terræ conditor [Tlepolemus] iratus. Sic mentis perturbationes seducere solent etiam sapientem. Oraculum petiit autem, ad Deum profectus,

[*Epod.* 2.] tumque Auricomus bene odorato ex adyto jussit eum Lernaeo a litore

na-

A stirpe carmen. Nam genus ab Jove
Jactant paternum, nataque Amyntore
Puella matetni recludit
Sanguinis Astydamîa (1) fontem.
Confertus (2) error non numerabili
Fetu implicatas pendulus obtuit
Mortalium mentes, nec acri
Est homini penetrare visu,
An hora, præsens quod tenet optimum,
Extrema servet. Namque nothum furens
Fratrem Alcumenæ, dum Midæis
Obvius e thalamis adesset,
Nodoso olivæ stipite perculit,
Mersitque nigrâ morte (3) Licymnium
In urbe Tirynthos daturus
Huic celebri nova sceptra terræ.
Sic orta turbat vel sapiens viri
Cupîdo pectus, ludit et abripit
In devia, errantisque cæco
Consilium involüit tumultu.
Oracla (4) Phœbi sollicitus petit,
Illique odoris Auricomi statim
Vox missa ab antris expeditæ
Prompta jubet dare vela classi,
Lernæque ab orâ flectere navium

Cur-

(1) Astydamia Tlepolemi mater, et filia Amyntoris, qui ipse quoque suum genus reducit ad Jovem.

(2) Sententia ab hominum natura petitia sibi viam poeta sternit ad excusandum Tlepolemi casum.

(3) Licymnius nothus frater Alcmenæ erat. Electryon enim Lysidicem Pelopis filiam habuit uxorem legitimam, ex qua accepit Alcmenam, ex Midea vero pellice muliere phrygia Licymnium, quem Tlepolemus in urbe Tirynthos Argolica ex Midea domo exeuntem aleagina fuste tra obcæcatus occidit.

(4) Explicatio orsculi, quo ab Apolline monetur Tlepolemus, ut relicto Lerna littore, argivo nempe solo, Rhodum versus naviget vanustam insulam, quam olim Juppiter aureo placua imbre irrigavit, cum nata Minerva est.

Στέλλειν ἐς ἀμφιθάλαστον
Νομὰν, ἵνθα ποτὲ
Βρίχε Θεῶν βασιλεὺς ὁ μέγας
Χρυσαῖς νιφάδεσσι πόλιν,
Ἀνίχ' Ἀφαίστου τέχναισι,
Χαλκελάτῳ πελέκει,
Πατέρος Ἀθαναία κορυφὰν κατ' ἄκραν
Ἀνορούσασ', ἀλαλα-
ξεν ὑπερμάχει βοᾷ.
Οὐρανὸς δ' ἔφριξέ νιν καὶ Γαῖα μάτηρ.
Σ. γ'. Κ. ιά.
Τότε καὶ φαυσίβροτος
Δαίμων Ὑπεριονίδας
Μέλλον ἔντειλεν φυλάξα-
σθαι χρίος παισὶν φίλοις,
Ὡς ἂν Θεᾷ πρῶτοι κτίσαιεν
Βωμὸν ἐναργέα, καὶ,
Σεμνὰν θυσίαν θέμενοι,
Πατρί τε θυμὸν ἰάναιεν, Κόρᾳ τ' ἐγ-
χειβρόμῳ. ἐν δ' ἀρετὰν
Ἔβαλεν καὶ χάρματ' ἀνθρώ-
ποισι Προμαθέος αἰδώς.
Α. γ'. Κ. ιά.
Ἐπὶ μὸν βαίνει τι καὶ
Λάθας

navium classem deducere in regionem undique mari cinctam, ubi quondam magnus Deorum rex aureis nivibus irrigaverat urbem, quando Vulcani artibus, ænea bipenni, Minerva e patris summo vertice prosiliens vociferata est ingenti clamore, Cælumque horruit ipsam et Terra mater.

[*Str.* 3.] Tunc etiam adfulgens mortalibus Deus Hyperionides futurum mandavit observare negotium filiis caris: ut Deæ primi conderent aram conspicuam, et piis sacris factis cum Patris animum exhilararent, tum Puellæ hastifremæ. Virtutem autem injicere solet et gaudia hominibus Promethei reverentia.

[*Ant.* 3.] Sed supervenit quædam etiam oblivionis ex improviso nubes et aufert

ex

Cursum, marinis qua regio undique
Canescit undis, quaque magnus
Rex Superûm radiantis auri
Perfudit urbem vellere, ceu nivis
Candente nimbo, cum gravido Patris
E vertice erumpens ahenâ
Mulciberi artificis bipenni
Minerva primum prosiluit ferox,
Altumque grandi vociferans sono:
Cælum horruit, materque visu
Diriguit tremefacta tellus.
Tunc ille mundo qui reserat diem,
Auriga lucis, clara Hyperionis
Proles, futuri certa partûs
Signa dedit, vigilesque punctum
Servare natos (1) jussit, ut omnium
In orbe primi conspicuam Deæ
Aram exstruenres justo honoris
Obsequio, meritisque sacris
Patris supremi, et cum fremitu horridam
Quassantis hastam Virginis adderent
Cordi repentinos beantis
Lætitiæ riguosque sensûs.
Quæ justo habetur consilio (2) fides
Virtutem agendi, et mentibus incitum
Inspirat ardorem, sed illis
Sæpe tamen necopina nubes

Obli-

(1) Heliadas, qui tum insulam incolebant, Sol pater præcognito Jovis partu jussit, ut primi aram struerent, et sacra facerent Minervæ, quia futurum erat, ut a quibus Minerva una cum patre justo sacrificio cultu esset, apud eos habitaret.

(2) Fides scilicet prudenter monenti habita robur et alacritatem inspirat hominum animis, sed fieri potest, ut oblivionis caligo rerum gerendarum rationem rectam memoria excutiat, ut Eliadis accidit, qui obliti sunt ignem ad sacrum ferre.

Λάθας ἀτέκμαρτα νέφος,
Καὶ παρέλκει πραγμάτων ὁρ-
θὰν ὁδὸν γ' ἔξω φρενῶν.
Καίτοι γὰρ αἰθούσας ἔχοντες
Σπέρμ' ἀνέβαν φλογὸς οὐ·
Τεῦξαν δ' ἀτύροις ἱεροῖς
Ἄλσος ἐν ἀκροπόλει. κεἰνοισι μὲν ξαν-
θὰν ἀγαγὼν νεφέλαν,
Πολὺν ὗτε χρυσὸν. αὐτὰ
Δέ σφισιν ὤπασε τέχναν
Ε. γ'. Κ. γ'.
Πᾶσαν, ἐπιχθονίων,
Γλαυκῶπις, ἀριστοπόνοις χερσὶ κρατεῖν.
Ἔργα δὲ ζωοῖσιν ἑρπόν-
τεσσί θ' ὁμοῖα κίλευθοι
Φέρον· ἦν δὲ κλέος
Βαθύ. Δαέντι δὲ καὶ σοφίᾳ
Μείζων ἄδολος τελέθει.
Φαντὶ δ' ἀνθρώπων παλαιαὶ
Ῥήσιες, οὔπω, ὅτε
Χθόνα δατέοντο Ζεύς τε καὶ Ἀθάνατοι,
Φανερὰν ἐν πελάγει
Ῥόδον ἔμμεν ποντίῳ·
Ἁλμυροῖς δ' ἐν βένθεσιν νᾶσον κεκρύφθαι.

Σ. δ'.

---

ex mentibus rerum agendarum rectam viam. Etenim non secum gerentes flammæ ardentis semen ascenderunt, struxeruntque igne-carentibus sacrificiis locum sacrum in arce. Atque illis quidem flavam inducens nubem copiosum pluit aurum Juppiter: ipsa vero cæsia [Minerva] dedit illis, artificio

[*Epod.* 3.] omni terrarum incolas adfabre-industriis manibus vincere. Jam opera animalibus iisque gradientibus similia viæ ferebant, eratque gloria ingens. Sapienti autem sapientia etiam major sine fraude contingit. Ajunt autem hominum antiqui sermones, nondum, dum terram partiebantur Jupiterque et Immortales, adparuisse in mari alto Rhodum, sed salsis in abyssis insulam latuisse.

Oblivionis cæca supervenit
Pellitque recto a tramite devias
Extra orbiram cœpti. Citato
Sic Rhodii juga celsa gressu
Scandunt ad arcem seminis ignei
Oblîti, et orbis igne sacris dicant
Augusta silvæ. Risit alto
Juppiter, et nebulâ sereni
Flavente ductâ rempla per ætheris
Illis fluentem muneris aurei
Demisit imbrem, cæsiisque
Diva oculis dedit, ut sagaci
Labore possent vincere dædalas
Quascumque rerris artificum manûs.
Jam signa passim, quæ putares
Vivere, et endogredi per urbem,
Viæ ferebant, ibat er indidem
Superba genti gloria. Callidæ
Nam sæpe menti summa surgir
Vel magicâ sine fraude (1) virtus.
Ar prisca seris fama nepotibus
Transmissa narrat, cum patulos soli
Se se inter olim dididêre
Paciferâ sibi sorte campos
Tonante juncti cum Jove Cælites,
Nondum patentem luminibus Rhodon
Fuisse, sed salsi sepultam
Gurgitibus latuisse ponti.

(1) Rhodii nihil opus habebant præstigiis, ut Telchines Magi, ad eximia artis opera perficienda.

Σ. δ'. Κ. ιά.

Ἀτεύντος δ' οὔτις ἔν-
δειξεν λάχος Αἰλίου.
Καὶ ῥά μιν χώρας ἀκλάρω-
τον λίπον θ' ἁγνὰν Θεόν.
Μνασθέντι δὲ Ζεὺς ἄμπαλον μέλ-
λεν θέμεν· ἀλλά μιν οὐκ
Εἴασεν· ἐπεὶ πολιᾶς
Εἴτέ τιν' αὐτὸς ὁρᾷν ἔνδον θαλάσσας
Αὔξομέναν πεδόθεν
Πολύβοτον γαῖαν ἀνθρώ-
ποισι, καὶ εὔφρονα μάλοις.

Α. δ'. Κ. ιά.

Ἐκέλευσεν δ' αὐτίκα
Χρυσάμπυκα μὲν Λάχεσιν
Χεῖρας ἀντεῖναι, Θεῶν δ' ὅρ-
κον μέγαν μὴ παρφάμεν,
Ἀλλὰ Κρόνου σὺν παιδὶ νεῦσαι,
Φαεννὰν ἐς αἰθέρα μὲν
Πεμφθεῖσαν ἐᾷ κεφαλᾷ
Ἔξοπίσω γέρας ἔσσεσθαι. τελευτα-
σαν δὲ λόγων κορυφαὶ
Ἐν ἀληθείᾳ πεποῖσθαι.
Βλάστε μὲν ἐξ ἁλὸς ὑγρᾶς

Ε. δ'.

[*Str.* 4.] Absentis autem nemo designaverat sortem Solis, et utique eum terræ exsortem reliquerant castum Deum: Jupiter autem admonitus ab illo sortitionem ejus caussa voluit retractare; sed [Sol] id fieri non concessit. Nam cano, inquit, ipse video in mari attollentem sese funditus terram multorum hominum altricem et almam pecoribus.

[*Ant.* 4.] Jussit autem statim aureo redimitam reticulo Lachesin manus extendere, Deorumque sanctissimum juramentum non recusare, sed Saturni cum Filio adnuere: lucidum in aerem emissam istam sibi in posterum præmium fore. Atque exitum habuit jurisjurandi summa vere eveniens. Enata est ex mari humido

Longe remoti Solis ad exitum
Sortis Deorum nemo fuit memor,
Et lucidum justâ carentem
Parte Deum sacra turba liquit.
Redux Tonantem Sol monet, at novas
Vetat patatum ducere mobili
Sortes ab urnâ; quippe terram
Cernere spumiferi sub imis
Ait latebris se pelagi altius
Crescentem in oras, quæ pecori vago
Et genribus late parerer
Innumeris generosa nuttix.
Ergo ille vittâ ptotinus aureâ
Comas revinctam tum Lachesim (1) jubet
Magnum sactamentum Deotum
Explicitâ sibi rite dexttâ
Jutare, et alti Cælituum Arbitri
Probare nutum, detur ut insula
Posthac supernas missa in auras
Dulce suæ diadema fronti.
Præsaga (2) veri mens fuit, et statim
Emersit udis insula fluctibus,

(1) Lachesim, quæ sortibus præest, jurare jubet per stygiam paludem magnum et solemne Diis Sacramentum.

(2) Eventum suum scilicet, ut recte putat Heynius, habuerunt vere Phœbi dicta.

Ε. δ'. Κ. ιγ'.

Νᾶσος· ἔχει τέ μιν ὀ-
ξειῶν ὁ γενέθλιος ἀκτίνων πατήρ,
Πῦρ πνεόντων ἀρχὸς ἵππων.
Ἔνθα Ῥόδῳ ποτὲ μιχθεὶς
Τέκεν ἑπτά, σοφώ-
τατα νοήματ' ἐπὶ προτέρων
Ἀνδρῶν παραδεξαμένους,
Παῖδας· ὧν εἷς μὲν Κάμειρον,
Πρεσβύτατόν τε Ἰάλυσον ἔτεκεν, Λίνδον τ'. ἀπάτερθε δ' ἔχον,
Διὰ γαῖαν τρίχα δασ-
σάμενοι, πατρῴαν
Ἀστέων μοῖραν· κέκληνται δέ σφιν ἕδραι.

Σ. ἑ. Κ. ιά.

Τόθι λύτρον συμφορᾶς
Οἰκτρᾶς γλυκὺ Τλαπολέμῳ
Ἵσταται Τιρυνθίων ἀρ-
χαγέτᾳ, ὥστερ Θεῷ,
Μαλών τε κνισταέσσα πομπά,
Καὶ κρίσις ἀμφ' ἀέθλοις·
Τῶν ἄνθεσι Διαγόρας
Ἐστεφανώσατο δὶς· κλεινᾷ τ' ἐν Ἰσθμῷ
Τετράκις εὐτυχέων·

Νεμέᾳ

[*Epod.* 4.] insula, tenetque ipsam acutorum genitalis radiorum pater, ignem spirantium dux equorum. Ibi cum Rhodo nympha consuescens genuit septem sapientissimis consiliis majorum memoria claros filios, quorum unus Camirum natuque maximum Jalysum genuit et Lindum. Qui singuli separatim tenebant terram trifariam dispertiti, paternam urbium sortem, erantque hæ eorum sedes.

[*Str.* 5.] Ibi præmium calamitatis miserandæ jucundum Tlepolemo constitutum est Tirynthiorum duci, tamquam Deo pecorumque nidorosa pompa, et judicium de certami-

Votique compos nunc beatæ
Ille tenet regionis arva,
Fecundus acres qui radios pater
Progignit orbi, qui regit igneos
Spirantium ardores equorum
Dux voluctem per inane cursum.
Ibi ipse nymphæ connubio Rhodi
Septena felix pignora protulit,
Prolem vetustis eminentem
Ingenio sophiâque sæclis;
Hinc dein Camîrum e sanguine (1) Cercaphi,
Natuque grandem vidit Jälysum
Lindumque, qui, sectis aviti
Partibus imperii reductas
Suo vocatis nomine in urbibus
Cepêre sedes, dividuum tribus
Regnum Tyrannis. Hic acerbi
Debita Tlepolemo doloris
Et grata merces solvitur, ac duci
Tirynthiorum nunc datur, ut Deo,
Bidentium nidor per aras,
Atque sacri stata pompa ludi,
Cujus recenti belligerum sibi
Bis flore cinxit Dîagoras caput,
Quater triumphi sorte felix
Isthmiaci, Nemeæque sæpe

Victor

(1) Cercaphus natu maximus erat, qui Camirum, Jalysum et Lindum trium urbium conditores genuit.

Νεμέᾳ τ' ἄλλων ἐπ' ἄλλᾳ.
Καὶ χρανααῖς ἐν Ἀθάναις.
Α. ἰ. Κ. ιά.
Ὅ, τ' ἐν Ἄργει χαλκὸς ἔ-
γνω μὲν· τά τ' ἐν Ἀρκαδίᾳ
Ἔργα καὶ Θήβαις· ἀγῶνές
Τ' ἄνομοι Βοιώτιοι·
Αἴγινα, Πελλάνα τε, νικῶν-
θ' ἑξάκις· ἐν Μεγάροι-
σίν τ' οὐχ ἕτερον λιθίνα
Ψᾶφος ἔχει λόγον. Ἀλλ' ὦ Ζεῦ πάτερ νώ-
τοισιν Ἀταβυρίου
Μηδέων, τίμα μὲν ὕμνου
Τεθμών, Ὀλυμπιονίκαν
Ε. ἰ. Κ. ιγ'.
Ἄνδρα τε, πύξ ἀρετὰν
Εὑρόντα· δίδοι τέ οἱ αἰδοίαν χάριν,
Καὶ ποτ' ἀστῶν, καὶ ποτὶ ξεί-
νων· ἐτεὶ ὕβριος ἐχθρὰ
Ὁδὸν εὐθυπορεῖ,
Σάφα δαεὶς, ἅτε οἱ πατέρων
Ὀρθαὶ φρένες ἐξ ἀγαθῶν
Ἔχραον. μὴ κρύπτε κοινὸν

Σπέρμ'

---

taminibus. Quorum floribus Diagoras coronatus est bis, celebrique in Isthmo quater victor, Nemeæque sæpius, et asperis Athenis;

[*Ant.* 5.] Argivumque æs [scutum æneum] novit eum, Arcadiæque et Thebarum certamina, ludique legitimi Bœotii; Ægina Pollenaque victorem sexies; Megarisque non alius lapideæ columnæ inscriptus est titulus. At Jupiter Pater, in jugis Atabyrii dominans, honora hymni legem, Olympicumque victorem

[*Epod.* 5.] pugilatu virtutis decus nactum; daque ei venerandam gratiam et apud cives, et apud peregrinos, quoniam insolentiæ inimica via recta incedit; probe sciens, quæcumque eum recta ex bonis patribus mens monuit. Noli occultare communem

Victor palæstrâ, clarus et Articæ
Saxosæ in oris. Celsam animam viri
Æs novit (1) Argivum, Labotque
Arcadiæ (2), memoresque (3) Thebæ;
Novêre justis inclyta legibus
Bœota (4) ludi prælia, quis foret
Quantusque; Pellenes (5) et ipsi
Insuper, Ænopiæque (6) campi
Heroa senâ magnificum vice
Videre Victorem, et Megaris (7) frequens
Haud gestat insculptum columna
Ullum aliud mage læta nomen.
Ah tu, verendi dorsum (8) Atabyrii,
Pater, potenti numine qui tenes,
Solemne specta munus hymni,
Juppiter, et pugilis lacertos,
Virtute inausâ qui sibi detulit
Pisæ coronam. Da facilem viro
Favoris auram, da colendum
Civibus hospitibusque lumen.
Injuriæ hostis pacificum pedem
In calle honesti figit, et intimis
Servat medullis, quæ patentum
Usque piæ docuere mentes.

Era-

(1) Scutum æneum, quod Argis in Junonio certamine Victori dabatur.
(2) In Arcadia Lycæo Jovi dedicati ludi erant, armisque laboratis donabantur Athletæ.
(3) Thebis Herculea et Jolæa certamina æreum tripodem largiebantur.
(4) Plures in Bœotia ludi erant, in quibus autem Diagoras vicerit, non constat.
(5) In Pellene celebrabantur Theoxenia, vel Hermæa, eratque præmium Chlæna.
(6) In Ægina, sive Oenopia in ludis Æacæa sacris Chlæna pariter dabatur.
(7) In Megarensibus porro certaminibus saepissime vicit Diagoras, ejusque nomen insculptum de more columnis per urbem fuit.
(8) Ab Atabyrio Rhodi monte, in quo Juppiter colebatur, Atabyrius dictus est.

Σπέρμ' ἀπὸ Καλλιάνα-
κτος, Ἐρατιδᾶν τοι σὺν χαρίτεσσιν. ἔχει
Θαλίας καὶ πόλις. ἐν
Δὲ μιᾷ μοίρᾳ χρόνου,
Ἄλλοτ' ἀλλοῖαι διαθύσσουσιν αὖραι.

ΠΙΝΔ.

---

munem stirpem Callianactis, Eratidarumque decora. Celebrat festa convivia etiam civitas. Uno autem momento temporis alias aliæ ingruunt auræ.

Eratidarum (1), quos Charites sibi
Fovent amicos, ne sine gloriam
Perire, et atrâ semen abdi
Nobile Callianactis (2) umbrâ.
Nunc festa fervent gaudia civibus,
Structæque mensæ. Sæpe sed ingruunt
Unæ alteris momento in uno
Et vatiæ dominantur auræ.

(1) Eratidæ ab Eratida Diagoræ progenitore Rhodi tribui ejusdem nominis dedere originem.

(2) Callianax unus ex majoribus Diagoræ.

OLYMPICÆ OCTAVÆ

ARGUMENTUM.

Veterum Grammaticorum errorem prope omnes Pindari Interpretes sequuti carmen hoc tribus viris inscriptum putant, Alcimedonti scilicet, ejus fratri Timosthenі, et Melesiæ unctori. Inepte omnino et male, ut clarissimus Heynius judicat. Argumentum enim carminis unus est Alcimedon, qui exemplo fratris, ut ille Nemeæam, sic Olympicam puer octogesima Olympiade lucta certans reportavit victoriam, et Melesiæ non magistri solum sed Victoris etiam eximii disciplina strenue usus præstantiam ejus ostendit tricesimus Victor. Laudationem igitur Pindarus inchoat ἀποστροφῇ ad Olympiam coronarum matrem et veri nuntiam ex oraculo Jovis, et ad Pisæ nemus illi Numini sacrum, ut hymnum suum Victorisque pompam benevole accipiant; subjicit deinde natalis genii favorem, qui sibi earum immortalibus sertis decoravit familiam; tum ipsum Alcimedontem non virtute tantum insignem sed forma quoque venusta corporis conspicuum sistit. Cum autem Æginam patriam sortitus sit Victor eamque præconi proclamandam tradiderit, ideo a Lyrico, ut ex patriæ excellentia ipsa Athletæ crescat in majus gloria et splendidius emineat, prædicantur ejus insulæ decora, rei nempe nauticæ singularis peritia, justitia nusquam visa inter mortales, et advenarum mercatorumque tutela multiplex et æquissima, origo demum illius populi jam inde ab Æaco deducta, et Æaci cum Neptuno et Apolline in exstruendis Ilii mœnibus honorifica plane societas. Pendet ab Æaco Fatum Trojæ. Murorum enim molimento vix peracto novum ac mirabile conditoribus se se offert portentum. Tres repente draconcs in erectam turrim conantur ingredi, sed duo statim mortui eadunt; tertius autem magno impetu irruens horrendumque sibilans intrat. Prodigium explicat Phœbus, qui videt in draconibus Trojæ hostes. Duo quippe, qui intereunt Achillem referunt et Ajacem, tertius Pyrrhum, qui urbem capit ea parte, qua murum struxerat homo, cum illi Deorum opus invadere frustra sint aggressi. Sic per primos Æaci posteros, Peleum scili-

scilicet ac Telamonem in Herculis expeditione contra Laomedontem, dein per Achillem et Ajacem, qui tertium cum Æaco annumerati gradum tenebant, vastanda erat urbs, per quartam vero sobolem, qua signatur Pyrrhus, extremo excidio tradenda. Expugnatio itaque Trojæ uni Æaco accepta referri debet, quia sine progenie Herois illius nequaquam fieri potuisset. Hinc ille ab urbe condita proficiscentibus Diis, curru aureo exceptus a Neptuno est, et ad Æginam deductus, ubi placide ac juste regnavit mortalibus æque atque immortalibus carus. Eo autem mortuo Triacon quidam cum delecta Argivorum manu Dorici generis, ut Scholiastes narrat, regnum insulæ occupavit, ut illa deinceps a Dorico videretur populo gubernari. A gloria Æginæ totique Græciæ ab Æaco parta in ardua Ilii occupatione transit Pindarus ad Melesiam aliptem, ut ex ejus doctrina et experta virtute qualis sit alumnus Alcimedon possit intelligi quamque magna victoria. Quî enim non gloriosus Athleta ex illius magisterio viri prodiret, qui arte potens et usu tot imberbes pueros victoriæ admovit, qui Olympiæ et Nemeæ fulsit luctator puer, quique sumpta virili toga in duro etiam æmulos superavit Pancratio? Hoc duce ac magistro virtutis via grassatus Alcimedon, favore divino adjutus et innato fultus robore quatuor pueros prostravit dans victis in patriam reditum ignominia plenum et probro, suique avi infirmæ senectuti novas vires inspirans repentina lætitia. Sibi autem re prospere gesta oblivionem mortis induxit æternum nomen consequutus. Nam sexta nunc ille Olympiæ corona Blepsiadarum tribum condecoravit, suosque majores vita functos novæ laudis fecit participes, nil probibente sepulcro, quominus viventis cognati gloria ad sepultos etiam perveniret. Debetur enim illis ex lege quidquid in gente præclare factum contingit. Quare ad Iphionem Alcimedontis et Timosthenis patrem fama Mercurii filia descendit, ut is Callimacho eorum avunculo nuntiet in Inferis, quale quamque splendidum Juppiter Olympicæ ornamentum coronæ ipsorum generi attulerit. Poeta vero Deum orat, ut facta factis nova posthac addat illustribus, omne arceat morborum genus, propulset vim fortunatis rebus infestam, vitam tribuat expertem mali, Victoresque et patriam perenni cumulet honorum splendore.

ΠΙΝΔ. ΟΛΥΜΠ.

ΑΛΚΙΜΕΔΟΝΤΙ ΠΑΙΔΙ

παλαιστῇ.

Σ. ά. Κ. Θ'.

Μᾶτερ ὦ χρυσοστεφάνων
Ἀέθλων, Οὐλυμπία,
Δίστοιν ἀλαθείας· ἵνα μάντιες ἄνδρες
Ἐμπύροις τεχμαιρόμενοι παραπει-
ρῶνται Διὸς ἀργικεραύνου,
Εἴ τιν' ἔχει λόγον ἀνθρώπων πέρι
Μαιομένων μεγάλαν
Ἀρετὰν θυμῷ λαβεῖν,
Τῶν δὲ μόχθων ἀμπνοάν.

Α. ά. Κ. ιΘ'.

Ἄννεται δὲ πρὸς χάριν εὐ-
σεβέων ἀνδρῶν λιταῖς.
Ἀλλ' ὦ Πίσας εὔδενδρον ἐπ' Ἀλφεῷ ἄλσος,
Τάνδε κῶμον καὶ στεφαναφορίαν
Δέξαι. μέγα τοι κλέος αἰεί,
Ὥι τινι σὸν γέρας ἕσπητ' ἀγλαόν.

Ἄλλα

OLYMP. VIII.

[*Str.* 1.] O mater aureis coronis insignium certaminum, Olympia, domina veritatis, ubi vates incensis victimis divinantes explorant Jovem velociter fulminantem, num quam habeat rationem hominum cupientium magnam virtutem animo consequi, laborumque requiem.

[*Ant.* 1.] Perficitur autem hæc divinatio in gratiam precum piorum hominum. Sed, o Pisæ arborosum ad Alpheum nemus, huncce hymnum, et coronati victoris pompam accipe. Magnum decus semper ejus est, cui tuum præmium contigerit illustre.

OLYMPIA.

ALCIMEDONTI PUERO

LUCTATORI.

ODE GLYCONICO-ASCLEPIADEA VIII.

O Sertis radiantium
Ludorum auricomis Mater, Olympia,
Veri (1) Præses, ubi sacris
Vates impositas ignibus (2) hostias
Lustrant, et Jovis incito
Gaudentis trifidi lumine fulguris
Explorant animum pii,
An spectet placidus pectora, quæ petunt
Alti præmia nominis,
Et parto eximiis rite laboribus
Ardent pascier otio,
Quod sanctis latitans gratia Numinis
Declarat precibus virûm,
Tu tu, quam nitidis arboribus beat
Pisæi nemoris decor
Alphêas ad aquas, accipe strenui
In pompâ Pueri novæ
Hymnum lætitiæ. Grande viro decus
Olli semper adest, tua
Quem merces sequitur splendida. At omnibus

Haud

(1) Veri præses appellatur Olympia propter oraculum Jovis.

(2) Jamidæ Jovis numine afflati responsa dabant, et ex pellibus in ignem injectis vaticinabantur.

Ἄλλα δ' ἐπ' ἄλλον ἔβαν
Ἀγαθῶν· πολλαὶ δ' ὁδοὶ
Σὺν Θεοῖς εὐπραξίας.
Ε. ά. Κ. ιά.
Τιμόσθενες, ὔμμε δὲ χλάρωτεν πότμος
Ζηνὶ γενεθλίῳ· ὃν μὲν
Ἐν Νεμέᾳ πρόφατον·
Ἀλκιμέδοντα δὲ παὶ Κρόνου λόφῳ
Θῆκεν Ὀλυμπιονίκαν.
Ἦν δ' ἐσορᾶν καλὸς· ἔργῳ
Τ' οὐ κατὰ εἶδος ἐλέγχων·
Ἐξένεπε, κρατέων
Πάλᾳ, δολιχήρετμον Αἴγιναν πάτραν·
Ἔνθα Σώτειρα, Διὸς ξενίου
Πάρεδρος, ἀστεῖται Θέμις
Σ. β'. Κ. ϑ'.
Ἔξοχ' ἀνθρώπων. ὅ, τι γὰρ
Πολύ, καὶ πολλᾷ ῥέπει,
Ὀρθᾷ διακρίνειν φρενὶ, μὴ παρὰ καιρὸν,
Δυσπαλές. τεθμὸς δέ τις Ἀθανάτων

Καὶ

---

lustre. Alia autem aliis eveniunt bona. Multa enim Deorum beneficio genera sunt felicitatis.

[*Epod.* 1.] Vobis vero, Timosthenes, obtigit felicitas per Jovem genitalem, qui te quidem Nemeæ conspicuum, Alcimedontem vero apud Saturni collem fecit Olympicum victorem. Erat ille adspectu pulcher, factisque non dedecorans formam; promulgavit victor lucta longis-remis utentem Æginam patriam; ubi Sospita, Jovi hospitali adsidens, colitur Justitiâ

[*Str.* 2.] plus quam apud alios homines. Nam, quod multum et multas in partes vergit, id recta dijudicare mente, non perperam, difficile est. Decretum vero quod-

Haud tidem eadem bona,
Diversoque homini calle fit obvia
Divûm munere Faustitas.
Hæc vobis geminâ in sorte benignius
Se, Timosthenes (1), obtulit
Natali veniens ab Jove (2) prospera,
Ut Tu conspicuam dares
Virtutem Nemeæ per stadium tuam,
Et frater simul optimus
Saturni Alcimedon fulgeret ad jugum
Fastu clarus Olympico.
Adspectu (3) ante alios pulchet is adstitit,
Nec facto indecori suam
Turpavit speciem. Tradidit exiens
Luctæ e pulvere patriam
Præconi omnigenis prodere gentibus
Excelso Ænopiam sono,
Longis navigerum quæ mare verberat
Remis (4), et patris hospitum
Adstantem solio plus colit omnibus
Astræam pia sospitam.
Nam multa (5), et variis dissociabiles
Quæ in partes abeunt modis,
Mentis rectâ aciê dispicere, et loco
Aptis subdere legibus
Curæ est ancipitis. Sed Superûm favor

Hoc

(1) Timosthenes vocativi casus in ultima syllaba brevis est, ut in græco textu, propter metrum.

(2) Generationis auctor Jupiter hic memoratur a Pindaro, quod Timosthenes et Alcimedon in juventute vicerint, in qua præcipue natalis genius honorabatur.

(3) Laudatur in Alcimedonte forma corporis, quam fortitudine et victoria ornavit, magisque illustrem et conspicuam reddidit. Nam „gratior est pulcro veniens de corpore virtus.

(4) Ægina, quæ Ænopia etiam dicitur, una ex Cycladibus insulis maxime te navali claruit, cum in bello Græcorum contra Persas septuaginta navibus Atheniensem adjuverit, et triginta exhibuerit in Salaminia pugna.

(5) Æginæ laus maxima est, quod in hominum ingenti multitudine, et variis affecta studiis pacem et tranquillitatem reipublicæ æquitate semper et opportuno consilio servaverit.

Καὶ τάνδ' ἁλιερκέα χώραν
Παντοδαποῖσιν ὑπέστασε ξένοις
Κίονα δαιμονίαν·
Ὃ δ' ἐπαντέλλων χρόνος
Τοῦτο πράσσων μὴ κάμοι·

Α. β'. Κ. θ'.

Δωριεῖ λαῷ ταμιευ-
ομέναν ἐξ Αἰακοῦ·
Τὼ παῖς ὁ Λατοῦς εὐρυμέδων τε Ποσειδᾶν,
Ἰλίῳ μέλλοντες ἐπὶ στέφανον
Τεῦξαι, καλέσαντο συνεργόν
Τείχεος· ἦν ὅτε νὶν πεπρωμένον
Ὀρνυμένων πολίμων
Πτολιπόρθοις ἐν μάχαις
Λαίβρον ἀμπνεῦσαι καπνόν.

Ε. β'. Κ. ιά.

Γλαυκοὶ δὲ δράκοντες, ἐπεὶ κτίσθη, νέον
Πύργον ἐσαλλόμενοι τρεῖς,
Οἱ δύο μὲν κάπετον,
Αὐθὶ δ' ἀτυζομένω, πνοὰς βάλον·
Εἷς δ' ἐτόρουσε βοάτας.
Ἔννεπε δ' ἀντίον ὁρμαί-
νων τέρας εὐθὺς Ἀπόλλων·

Πί-

---

quoddam Deorum etiam hanc mari cinctam terram, confluentibus undique constituit hospitibus columnam divinam [futurum autem tempus facere [continuare] hoc ne desinat!]

[*Ant.* 2.] Dorico populo possessam inde ab Æaco; quem filius Latonæ lateque potens Neptunus Ilio [mœnium] coronam imposituri advocarunt socium laboris in exstruendo muro. Quippe erat Trojæ fato constitutum, ut orto bello urbium-vastatrices inter pugnas rapidum exhalaret fumum.

[*Epod.* 2.] Sed cæsii dracones, dum struebatur, in novam turrim insilientes tres, duo quidem deciderunt, ibique [casu] conturbati spiritum emiserunt; unus vero insiliit sibilo facto. Dixit autem, adversum animo volvens prodigium, protinus

Apol-

Hoc septum pelago solum
Quærendæ statuit mercis ut undique
Advectis foret advenis
Divinum columen. Ne veniens, precor,
Tanti lassa vicem boni
Ætas destituat! Floreat insula,
Quam gens Dorica (1) præpotens
A prisci interitu temperat Æaci,
Quem vasti Dominus maris,
Latonæque puer mœnibus Ilion
Cincturi (2) socium sibi
Accivêre operis. Fato etenim fore,
Ut belli ingrueret furor,
Et flammæ omnivorâ clade ruentibus
Tectis fumida longius
Efflarent piceos Pergama vortices.
Vix ergo fuit ultima
Muro adjecta manus, lumine cærulo
Tres altum insiliunt novæ
Culmen turris Hydri (3). Præcipitant duo
Lapsi protinus, atque ibi
Externati animas projiciunt suas.
Restat tertius, et gravi
Intro vociferans irruit impete.
Adversum volüens statim
Phœbus prodigium: Pergama, quâ tuæ,

(1) Argivi scilicet Dorici generis, quibus Triacon post Æacum regnum insulæ occupavit.

(2) In fatis erat, ut Troja caderet expugnata bello, quod fieri non potuisset, si a Diis solum fuisset exstructa. Cum Diis itaque ad opus adhibitus est homo, idest Æacus, ut aliquando Troja deleri posset. Ita locum illustrat Joannes Benedictus.

(3) Hydri sunt Trojæ hostes. Duo pereunt a Achilles nimirum et Ajax, qui tentant urbem capere, sed intereunt. Tertius autem, qui Pyrrhum refert, urbe potitur.

Πέργαμος ἀμφὶ τεᾶς,
Η"ρως, χερὸς ἐργασίαις ἀλίσκεται,
Ω"ς ἐμοὶ φάσμα λέγει Κρονίδα
Πεμφθὲν βαρυγδούπου Διός,
Σ. γ'. Κ. Θ'.
Οὐκ ἄτερ παίδων σέθεν· ἀλ-
λ' ἅμα πρώτοις ἄρξεται
Καὶ τετράτοις. Ω"ς ἄρα Θεὸς σάφα εἶπας,
Ξάνθον ἤπειγεν, καὶ Α'μαζόνας εὐ-
ίππους, καὶ ἐς Ι"στρον ἐλαύνων·
Ο'ρστοτρίαινα δ' ἐπ' Ι'σθμὸν ποντίαν
Α"ρμα θοὸν τάνυεν,
Α'ποπέμπων Αἰακὸν
Δεῦρο σὺν ἵπποις χρυσείαις,
Α. γ'. Κ. Θ'.
Καὶ Κορίνθου δειράδ', ἑτο-
ψόμενος δαῖτα κλυτάν.
Τερπνὸν δ' ἐν ἀνθρώποις ἴσον ἔσσεται οὐδέν.
Εἰ δ' ἐγὼ Μελησία ἐξ ἀγενεί-
ων κῦδος ἀνέδραμον ὕμνῳ·
Μή βαλέτω με λίθῳ τραχεῖ φθόνος.
Καὶ Νεμέᾳ γὰρ ὁμῶς

Ε'ρέω

Apollo: Pergamus ea parte, qua tuis, o heros, manibus condita est, capitur: sic mihi ostentum indicat a Saturnio missum gravistrepo Jove,

[*Str.* 3.] non sine filiis tuis; sed cum primi et quarti gradus posteris res procedet. Sic sane Deus diserte loquutus ad Xanthum properabat et Amazonas equestres Istrumque vectus. Fusciæ vero vibrator ad Isthmum marinum currum celerem dirigebat, deducens Æacum huc curru aureo

[*Ant.* 3.] et ad Corinthi jugum, visurus epulas celebres. Idem vero non delectare solet omnes. Si autem [h. igitur si.] ego Melesiæ, ex imberbibus discipulis, gloriam percurram hymno, ne petat me aspero lapide Invidia. Et Nemeæ enim reportatum similiter dicam hoc decus, et postea inter viros pugnam

Heros, institerunt manûs
In parte artifices, illâ, ait, hostium
Cedent capta licentiæ,
Ut perterricrepi fulminis Arbiter
Mi Saturnius indicat
Ostenti faciê, nec sine liberis
Fiet grande nefas tuis.
Nam prima (1) incipiet, quartaque flebile
Absolvet soboles malum.
His dictis celerans quadrupedem sacra
Xanthi litora, et igneis
Audaces in equis Numen Amazonas,
Atque Istri (2) populos petit,
Dum Rector pelagi, salsa trieuspide
Qui telo vada concutit,
Huc (3) auro rutilis Æacon in rotis
Deducens comitem advolat
Isthmi oras bimaris visere splendida
Collis sacra Corinthii,
Quæ largæ redolent muneribus dapis.
Nil pectus parili capit
Mortale illecebrâ, nec studiis tenor
Est îdem simul omnibus.
Quare, si memori carmine gloriam
Nunc percurro Melesiæ,
Instructis peperit quam pueris sibi,
Ne livor (4) rotet asperum
Mi fundâ lapidem. Nam Nemeæ quoque

(1) Ruina Trojæ in prima et quarta generatione posterorum Æaci per Telamonem et Pirrhum Neoptolemum fiet.

(2) Apollo tendit ad hyperboreos, qui hic per Istrum designantur, qua via ducit ex prisca terræ ignotatione per Amazones in borealibus locis habitantes. Xanthus autem est Troadis fluvius, a quo in septentrionem itet est. Hæc Heynii sententia, qua omnis tollitur difficultas.

(3) Ad Æginam scilicet Æacum reduxit.

(4) Laudaturus poeta Melesiam aliptem deprecatur invidiam.

Ἐρέω ταῦταν χάριν·
Τὼ δ' ἔπειτ' ἀνδρῶν μάχαν
Ε. γ'. Κ. ιά.
Ἐν παγκρατίῳ, τὸ διδάξασθαι δέ τοι,
Εἰδότι ῥαίτερον, ἄγνω-
μον δὲ, τὸ μὴ προμαθεῖν.
Κουφότεραι γὰρ ἀπειράτων φρένες.
Κεῖνα δ' ἐκεῖνος ἂν εἴποι
Ἔργα περαίτερον ἄλλων,
Τίς τρόπος ἄνδρα προβάσει,
Ἐξ ἱερῶν ἀέθλων
Μέλλοντα ποθεινοτάταν δόξαν φέρειν.
Νῦν μὲν αὐτῷ γέρας Ἀλκιμέδων,
Νίκαν τριακοστὰν ἑλών·
Σ. δ'. Κ. θ'.
Ὅς τύχᾳ μὲν δαίμονος, ἀ-
νορίας δ' οὐκ ἀμπλακών,
Ἐν τέτρασι παίδων ἀπεθήκατο γυίοις
Νόστον ἔχθιστον, καὶ ἀτιμοτέραν
Γλῶτταν, καὶ ἐπίκρυφον οἶμον·
Πατρὶ δὲ πατρὸς ἐνέπνευσεν μένος
Γήραος ἀντίπαλον·
Ἅιδα τοι λάθεται
Ἄρμενα πράξας ἀνήρ.

Α. δ'.

[*Epod.* 3.] in pancratio. Docere autem, utique gnaro facilius; stultum vero, non prædidicisse. Leviores enim inexpertorum mentes. Illas autem ille docebit res melius ceteris: quis modus virum eo perducat, ut ex sacris certaminibus desideratissimam gloriam reportet. Nunc quidem ipsi decus est Alcimedon victoriam tricesimam adeptus,

[*Str.* 4.] qui fortuna quidem divina, a virtute tamen non aberrans, quatuor puerorum corporibus [pueris] effecit reditum invisissimum, et sine auctoritate linguam, et clandestinum incessum; patri autem patris [avo] inspiravit robur senio adversum. Orci utique obliviscitur, strenua qui patraverit vir.

Digitized by Google

Victorem puerilibus
In pugnis referam, et Pancratii arduo
In luctamine cum viris
Auctum magnifico roboris exitu.
Artem, qui didicit, docet,
Ignarus titubat. Nam levis et vaga
Mens semper trepido æstuat,
Quem nunquam experiens instituit Labor.
Pollens arte dat omnia
Præ cunctis melius, præcipit et modum,
Quo certaminis inferat
Se sacri in medium quisquis ad ultimæ
Laudis surgere verticem
Sublimi impatiens gestit anhelitu.
Illi ter decimâ est honor
Nunc fronde Alcimedon, qui superâ potens
Fortunâ, et simul inditis
Haud lusus vegeti corporis ignibus
Stantes quattuor impulit,
Et stravit pueros dans miseris nimis
Exosum reditum, stupens
Os ignominiâ, et nocte silentibus
Furtivam in tenebris viam,
Annosoque Patris dulce Patri (1) redux
Cælesti puer halitu
Adversas senio sensibus intulit
Vires. Negligit immemor
Orcum, qui meritis alta tenet suis.

Ergo

(1) Annoso Avo novum vitæ vigorem inspiravit victoria nepotis.

Α. δ'. Κ. Θ'.

Ἀλλ' ἐμὲ χρὴ μναμοσύναν
Ἀνεγείροντα φράσαι
Χειρῶν ἄωτον Βλεψιάδαις ἐπίνικον,
Ἕκτος οἷς ἤδη στέφανος περίκειται φυλλοφόρων ἀπ' ἀγώνων.
Ἔστι δὲ καὶ τι θανόντεσσιν μέρος
Κοσμόμον ἐρδόμενον.
Κατακρύπτει δ' οὐ κόνις
Συγγόνων κεδνὰν χάριν.

Ε. δ'. Κ. ια'.

Ἑρμᾶ δὲ θυγατρὸς ἀκούτας Ἰφίων
Ἀγγελίας, ἐνέτοι κεν
Καλλιμάχῳ λιταρὸν
Κόσμον Ὀλυμπία, ὃν σφιν ὤπασεν
Ζεὺς γένει. ἐσθλὰ δ' ἐπ' ἐσθλοῖς
Ἔργα θέλοι δόμεν· ὀξείας δὲ νόσους ἀπαλάλκοι.
Εὔχομαι ἀμφὶ καλῶν
Μοίρᾳ Νέμεσιν δικόβουλον μὴ θέμεν·
Ἀλλ' ἀπήμαντον ἄγων βίοτον,
Αὐτούς τ' αἴξοι, καὶ πόλιν.

ΠΙΝΔ.

[*Ant.* 4.] Sed [itaque] me decet memoriam excitantem eloqui manuum victoriale decus Blepsiadarum, sexta quibus jam corona circumdata est frondiferis ex certaminibus. Est vero etiam aliqua mortuis pars eorum quæ rite perficiuntur, occultatque nequaquam pulvis cognatorum illustrem gloriam.

[*Epod.* 4.] Mercurii autem filiam Famam ubi audierit Iphion, indicet Callimacho splendidum decus Olympiæ, quod ipsorum præbuit Jupiter familiæ. Bona autem alia his bonis utinam addat, acutosque morbos propulsct. Opto fortunæ secundæ Nemesin discordem ne admisceat; sed malorum expertem adferens vitam, ipsosque adaugeat et urbem.

Digitized by Google

Ergo Blepsiadis (1) nigro
Excîtis tumulo me manuum decet
Florem porgere carmine
Illustrante viros, frondifero data
Queis ludo implicuit sequax
Bis ter palma comas. Debita Mânibus
Est ipsis sua posteræ
Pars laudis, nitidos nec decoris tegit
Cognati radios cinis.
Famam Mercurii (2) progeniem simul
Furvis audierit locis,
Narret Callimacho protinus (3) Iphion,
Lumen quale nepotibus
E Pisæ gremio Juppiter extulit.
Sic claris alia addere
Factis Ille velit; sic procul acrium
Morborum arceat impetûs;
Neu lætis, precor, insurgere frattibus
Fortunæ sinat inclytæ
Infestam Nemesin (4), sed vacuam mali
Vitam dirigat, et novis
Ipsos et pattiam mactet honoribus.

OLYM-

(1) Blepsiadæ, Tribus Alcimedontis in Ægina, qui nunc laudantur, quod quinquies ante Alcimedontem et Timosthenem in Olympiis coronati fuerint.

(2) Fama dicitur Mercurii filia, quia per ipsam superstitum gloria apud infetos nuntiatur.

(3) Iphion Alcimedontis pater fuit, Callimachus autem avunculus.

(4) Deam ultricem scelerum et secundæ fortunæ infestam, cum insolescit.

OLYMPICÆ NONÆ

ARGUMENTUM.

Laudaturus Poeta Epharmostum Opuntium, qui septuagesima tertia Olympiade lucta vicit, ne communi solnm Archilochi carmine, quod omnibus æque Victoribus ter de more cani solebat, gauderet Victor, novum hymnum et proprium illi parat. Ac primo statim Epharmostnm in medio choro inter amicos trinmphantem prosecntus oculo, ut victoriam ejus Olympicam illustriorem reddat, alteram Delphis ab eodem ante relatam simul memorat incitatus æstro; Opuntem deinde Athletæ patriam jnstitia, legibus clarisque factis, et coronis insignem in recentis gloriæ a cive adeptæ societatem vocat, quia nati gloria sejungi a matre non potest, quæ ipsum genuit, educavit et ad victoriam suis adjumentis instruxit. Victoriam tamen istam Gratiis potissimum acceptam refert, a quibus omnia hominl proveniunt bona, sive fortis, sive sapiens sit. Hinc virtus Herculi contra Neptunnm, Apollinem et Plutonem pugnanti, et Epharmosto æmulos in lucta vincenti audacia venit. Affert autem Pindarus pugnam Herculis, non, quod illam veram esse credat, quæ absurda et injuria Divis est, sed ut admirandam illius Herois exaggeret fortitudinem ficta imagine et ad sensus movendos apta, atque Epharmosto simul blandiatur virtutem ejus comparans cum Herculea virtute. Damnata fabula vulgi sapienter transit ad indicandam Opuntiæ urbis originem paucis notam, sed valde gloriosam Locris a Pyrrha et Deucalione, sive Opunte deducens per Japeti stirpem. Sistit pios conjuges eo puncto temporis, quo jussu Jovis e Parnaso descendnnt praterita jam aquarnm diluvie, et in imas terræ fauces absorpta. Renovant illi jactis post terga lapidibus humanum genus, sibique primam in Epeornm regione sedem constitunnt. Ibi Locro illius gentis regi venustam filiam Protogeniam solemni jungunt connubio. Sed

male sterili novam nuptam locatam sponso miseratus Juppiter furtim abduxit in Mænalium montem transferens, gravidamque factam fidus statim ac justus marito restituit, ne miser vita sine dulci prole decederet. Oritur matri exaeto tempore seitus puer, quem Locrus latitia gestiens suum putat, et ex avi materni nomine Opuntem jubet appellari. Crevit ille forma simul ac virtute decursu atatis, sibique finitimorum populorum omnium amorem et venerationem illustribus conciliavit factis et sapientia regiminis, quod ipsi genitor cessit. Memorat autem hoc in loco poeta Patroclum, qui solus cum Achille Telepho fuganti Danaos fortiter obstitit, audacemque repressit eo consilio, ut obliqua ratione indicet Epharmostum in palæstra nil minorem, quam Patroclus in acie belli, ostentasse virtutem. Sic in Opunte primo auctore generis præstantissimo, ejusque posteris bellicosissimis exemplum præbet ejus animi, quem ardente et nunquam interrupta imitatione inde Victor expressit. Credendum enim est, Epharmostum non majorum suorum tantummodo, sed aliorum etiam celeberrimorum Heroum Græciæ memoranda gesta æmulari omnia voluisse. Ad augendum vero Olympicæ victoriæ decus recensetur Epharmosti corona altera, quam una cum Lampromacho consanguineo suo ad Isthmum obtinuit, Lampromachi mentione facta celebrataque fortitudine, quod liberali Pindarum aliquando excepisset hospitio, suamque laudem cum propinqui Victoris gloria conjunxisset. Victorias tandem omnes, quasi stellas usquequaque lucentes in unum cogit, ut Epharmostum coronent, eumque divinitus datum Græcis ostendant ad nationis ornamentum. Dies me deficeret, si materiæ divitis mirumque in modum dispositæ virtutes singulas earumque spiritum vellem persequi orando. Quam pulcrum in primo Odes vestibulo inter acclamantium voces et plausus viciniique montis resultantem sonum videre hymnum Archilochi, cælestem veluti genium, agentem choros præeuntemque Victori in solemni pompæ triumpho! Quam pulcrum videre Musas instructas arenbus et undique gestientes gloriæ spicula jaculari! Nova etiam et felix audacia illa est, qua poeta imperat animo suo sibi unum inter doctas sorores arenm capere, quo duas vibret

sagit-

sagittas bonori et meritis Epharmosti. Jace, anime, unam, inquit ille, in augustum Elidis promontorium, sedem summi Patris rubro fulgure armati, et Lydi regnum Pelopis, ac pulcherrimam Hippodamiæ dotem; jace alteram aligeram jucundamque in tellurem Pythus. Poterat ille unquam sui facultatem ingenii sublimia et nova spirantem melius exprimere, quam imagine Sagittarii, qui altisonis rapidisque telis plenam pharetram gerit? Poterat etiam magis vivida indicare ratione duo victoriarum Epharmosti loca? Veneranda majestatis caligo Cronium jugum circuit, rutilant alte in dextera Jovis purpurantia fulmina, ridetque subter amœna Pelopis regio. Vocabulum porro illud Pythus breve ac nudum specie, quot rerum notitias quamque nobiles in mente suscitat eruditi Lectoris! Memorat Serpentem Pythona ab Apolline mortiferis occisum telis; celeberrimum memorat apud omnes gentes oraculum ibi erectum signatumque mortalibus late patentis umbilicum terræ medium ab Aquilis duabus Jovis, quæ ab ortu et occasu profectæ suis illuc convenere volatibus ibique confecto cursu stetere. Nec minore agitatur æstro Pindarus, cum repente arcu posito citharam sumit indignans cantus, qui serpunt humi. Jam chordas pulsat et in cælum tollit Victorem simul et patriam. In hac videt admirans thronum Themidis et Eunomiæ, lustrat insignium virtutum decora, et coronas contemplatus, quas ipsa capiti gestat impositas, cum magno latitiæ sensu jure inclytam Locrorum matrem agnoscit. Ita ille aureum Opuntis regimen civiumque in ludis fortitudinem et victorias pingit. Singularem itaque illius urbis sibi dilectæ dignitatem volvens animo non jam illam usitatis celebrare carminibus statuit, sed tanta circum convestire luce, ut incendium referat. Mittit etiam ex florido gratiarum vireto, cujus ipse felix cultor est, superbum victoriæ nuntium, qui hac et illac per omnes urbes discurrat generoso equo citius alataque nave, quæ impavida secat oceani vias. Quid autem admirabilius conflictu Herculis contra Numinum trium vim? Vibrat ille imperterritus clavam in tridentem Neptuni, qui frustra ad Pyli urbem ipsi obsistere totis viribus nititur; occurrit audax Apollini; nec quicquam ab arcu argenteo

rnentem confertumque telorum nimbum timet. Nil Plutonem perhorrescit, dum virgam quassas tremendam, quæ mortales ex terra ejicit truditque in cavum vastumque mortuorum vicum. Victi jacent pugnantes Divi dantque manus præpotenti Jovis filio. Mitto simplicem vivamque picturam, quæ primum urbis conditorem offert a Jove satum, Heroumque seriem indidem ortam monstratamque a poeta, velut in acie belli media, æreo clypeo fulgentem et regali sceptro gubernantem populos; mitto Achillis hastam domitricem mortalium, et Patroclum, qui ducis illius lateri adhærens furibundam Telephi arrogantiam solus aggreditur et prosternit. Sequi potius in admirando poeta incitationem illam juvat æstumque mentis, quo ad ceteras Epharmosti victorias enumerandas accedit. En ille Musarum curru vectus et ardens quasi fulgur, loca percurrit omnia, in quibus generosus Opuntis civis proclamatus est Victor. Ad Corinthi portas duo præmia videt conspicua et duo alia ad Nemeæ silvam. Argis virilis pugnæ decus et puerilis insignia admiratur Athenis. Ut totus ad Marathonis recordationem accenditur! Sibi ipsum videtur ante oculos habere certamen. Hæret stupens obtutu in uno conspicatus puerum, qui ab imberbibus vix digressus provectiores audacter lacessit æmulos, dolo celeri et invicto modo unum eorum, modo alterum occupat, crebris resistit impulsibus presso pede, variosque motus et contentiones periculi ancipitis nisu sustinet ineluctabili. Ignominia obruti adversarii cedunt, et ille ore roseo spectandus et forma robusta corporis, agilitate membrorum pollens et igneo spiritu clamores inter et plausus universæ ibi collectæ ad spectandum Græciæ generosus volat ad argentea vasa suæ præmia fortitudinis. Hic ille est, qui in certamine Lycæi Jovis Victor Parrhasias gentes in sui traxit admirationem; qui jactat et ostentat adhuc in Chlamide apud Pellenen reportata tepidum frigidarum remedium aurarum; qui sepulcrum Iolai, et amœnam in maris litore Eleusin suarum habet testes inclytos victoriarum. Neque mirum in hoc homine talem ac tantam exstitisse virtutem. Ad pugnandum factus est Victor, et hujusmodi donum non ab arte, sed a cælo sortitus est. Quod a

sola

sola disciplina oritur, tacere præstat, quam laudare, quia minimum judicatur. Contra vero quod humanam prætergreditur facultatem, tanquam facinus plusquam mortale, pleno jure prædicare decet. Quare Pindarus comprehensurus omnia paucis, jubet animum suum Victoris præstantia perculsum libere et confidenter vociferari, Epharmostum natura fortem a Diis esse, manu promptum, dextrum membris et aspectu Martio terribilem; et nuper etiam sacris et solemni mensa Locrensis Ajacis aram per novam decorasse victoriam. Mitto alias stili dotes eximias, quæ cuique inter legendum attento sua luce et pulcritudine se se prodent.

Digitized by Google

ΠΙΝΔ. ΟΛΥΜΠ.

εἶδος θ'.

ΕΦΑΡΜΟΣΤΩΙ ΟΠΟΥΝΤΙΩΙ

παλαιστῇ.

Σ. ἀ. Κ. ιε'.

Τὸ μὲν Ἀρχιλόχου μέλος
Φωνᾶεν, Ὀλυμπίᾳ
Καλλίνικος ὁ τριπλόος κιχλαδὼς
Ἄρκεσε Κρόνιον παρ' ὄ-
χθον ἀγεμονεῦσαι
Κωμάζοντι φίλοις Ἐφαρ-
μόστῳ σὺν ἑταίροις·
Ἀλλὰ νῦν ἑκαταβόλων
Μοισᾶν ἀπὸ τόξων
Δία τε φοινικοστερόπαν
Σεμνόν τ' ἐπάειμαι
Ἀκρωτήριον Ἄλιδος
Τοιοῖσδε βέλεσσιν,
Τὸ δήποτε Λυδὸς ἥρως
Πέλοψ ἔξάρατο κάλλι-
στον ἔδνον Ἱπποδαμείας.

Α. ἀ.

OLYMP. IX.

[*Str.* 1.] Archilochi quidem hymnus Callinicus triplex, voce decantatus suffecit [sufficere videri potuit] Olympiæ Saturnium apud collem, ad præeundum sollemni-pompa-incendenti Epharmosto amicis cum sociis. Verum nunc [quoque] longe-jaculantium Musarum ab arcu hisce sagittis Jovemque rutila-fulmina-jaculantem, venerandumque pete promontorium Elidis, quod olim Lydus heros Pelops consequutus est pulcherrimam dotem Hippodamiæ.

Digitized by Google

OLYMPIA.

EPHARMOSTO OPUNTIO

LUCTATORI.

ODE ARCHILOCHIA IX.

SOlemne Archilochi carmen, ter voce sonanti
Carmen Olympiaco
Cantatum ludo, Cronioque a colle resultans
Magna satis fuerit
Gloria Epharmesto, socii cum duceret ardens
Agmina festa chori.
At tu Musarum, qui dissita percutit, arcum
Tende, anima, et jaculis
Hisce coruscantem cælo rubra fulgura Patrem,
Et loca sancta pete
Eleo subjecta jugo, quæ fortiter olim
Lydus adepta Pelops
Regali pro dote, suæ pulcherrima dona
Rettulit Hippodames.

Α. ά. Κ. ιε'.

Πτερόεντα δ' ἵει γλυκὺν
Πυθῶναδ' οἰστόν. οὗ-
τοι χαμαιπετέων λόγων ἐφάψῃ,
Ἀνδρὸς ἀμφὶ παλαίσμασιν
Φόρμιγγ' ἐλελίζων
Κλεινᾶς ἐξ Ὀπόεντος, αἰ-
νήσαις ἔ καὶ υἱὸν·
Ἂν Θέμις θυγάτηρ τέ οἱ
Σώτειρα λέλογχεν
Μεγαλόδοξος Εὐνομία.
Θάλλει δ' ἀρεταῖς, ἴ-
σον τε Κασταλίᾳ παρ' Ἀλ-
φειοῦ τε ῥέεθρον·
Ὅθεν στεφάνων ἄωτοι
Κλυτὰν Λοκρῶν ἐπαείρον-
τι ματέρ' ἀγλαόδενδρον.

Ε. ά. Κ. ί.

Ἐγὼ δέ τοι φίλαν πόλιν
Μαλεραῖς ἐπιφλέγων ἀοιδαῖς,
Καὶ ἀγάνορος ἵππου θᾶσσον
Καὶ ναὸς ὑποπτέρου, πάντα
Ἀγγελίαν πέμψω ταύταν,
Εἰ σύν τινι μοιριδίῳ παλάμᾳ
Ἑξαίρετον Χαρίτων νέμομαι

Κᾶτον·

[*Ant.* 1.] Alatam autem mitte jucundam in Pythonem sagittam. Nequaquam humiles versus attinges viri super luctis citharam movens clara ex Opunte, laudans ipsam et filium [civem], quam Themis filiaque ejus Servatrix tenet gloriosa Eunomia. Floret autem virtutibus, Castaliæ pariter atque ad Alphei fluentum; unde coronarum flores inclitam Locrorum extollunt matrem pulcrarum arborum feracem.

[*Epod.* 3.] Ego autem caram urbem claris illustrans carminibus, et feroci equo citius et nave alata, quoquoversum nuncium mittam hunc, si modo divina quadam ope

In Pythûs pariter stadium tibi jacta sagitta
Dulcis et ales eat.
Non tibi serpet humi carmen, cum pollice tangens
Aurea fila Lyræ
Cantabis luctam, quam jactat Opuntia magnis
Urbs hilarata viris.
Laude simul justâ natum celebrabis, et Illam
Quam Themis et Themidos
Sortita est soboles, populorum sospita, et alti
Nominis (1) Eunomiê.
Ridet ad Alphei notis virtutibus undam,
Castalioque sinu
Splendida Locrorum mater, lætique triumphans
In medio nemoris
Flore coronarum ludis surgente superbum
Tollit in astra caput.
Urbem ego ter caram flammantibus illustrabo
Carminibus radians,
Et simul hunc hymnum, qua tellus cunque patescit,
Et mare monstrat iter,
Quadrupede ardenti, et navis magis alite pinu
Ire jubebo citum
Præconem decoris. Diæ nam sortis amico
Mi datur auxilio
Æternos Charitum mentem exercere per hortos,
Munetibusque frui,

(1) Themidis filiæ juxta Hesiodum tres erant, Eunomie nempe, Dice et Irene. Unius autem Eunomiæ mentionem hic Pindarus facit, quia Opuntem præcipue a bonis legibus laudare instituit.

Κᾶτον· κεῖναι γὰρ ὥπασαν
Τὰ τέρπν· ἀγαθοὶ δὲ
Καὶ σοφοὶ κατὰ δαίμονά ἄνδρες
Σ. β'. Κ. ις'.
Ἐγένοντο. ἐπεὶ ἔναν-
τ' ἂν πῶς τριόδοντος Ἡ-
ρακλέης σκύταλον τάναξε χερτίν;
Αἰνέω ἀμφὶ Πύλον σταθεὶς
Ἥρειδε Ποσειδῶν·
Ἥρειδέν τέ μιν ἀργυρῷ
Τόξῳ πολεμίζων
Φοῖβος· οὐδ' Ἅιδας ἀκι-
νήταν ἔχε ῥάβδον,
Βρότεα σώματ' ᾗ κατάγει
Κοίλαν πρὸς ἀγυιὰν
Θνασκόντων. Ἀπό μοι λόγον
Τοῦτον, στόμα, ῥίψον·
Ἐπεὶ τόγε λοιδορῆσαι
Θεούς, ἐχθρὰ σοφία. καὶ
Τὸ καυχᾶσθαι παρὰ καιρὸν,
Α. β'. Κ. ις'.
Μανίαισιν ὑποκρέκει·
Μὴ νῦν λαλάγει τὰ τοι-
αῦτ'. Ἔα πόλεμον μάχαν τε πᾶσαν

Χωρὶς

---

ope adjutus eximium Gratiarum colo hortum. Illæ enim præbere solent jucunda. Boni autem et sapientes viri divino munere

[*Str.* 2.] fieri solent. Quandoquidem quomodo tridenti-adversam Hercules clavam vibrasset manibus, quum ad Pylum stans obniteretur ei Neptunus? obnitebaturque eidem argenteo-arcu-pugnans Phœbus; neque Pluto immotam tenuit virgam, mortalia corpora qua deducit cavum ad vicum mortuorum. Abjice mihi sermonem hunc, os. Nam convitiari diis odiosa sapientia est; et gloriari intempestive

[*Ant.* 2.] insaniæ consonat. Ne nunc stridas talia. Mitte bellum pugnamque omnem

Queis sine nil gratum terris. Ab Numine sumunt
Sensa profunda Sophi,
Et robur Fortes. Aliter qui pondera clavæ
Herculis (1) illa manus
Contra fluctifragum poterat vibrare tridentem,
Cum Deus ante Pylon
Restitit Heroi pugnax? Quî insurgere (2) Phœbo
Objicienti oculis
Argento lucentem arcum celeresque sagittas?
Territus haud renuit
Immotam Pluto (3) virgam, quâ concava leti
Trudit in hospitia
Corpora nuda animis. Preme garrula et abjice tales
Nunc mihi, lingua, sonos.
Quæ Divis maledicit, haber Sapientia vîrus
Et furor est, hominum
Intempestivo nisûs jactare triumpho.
Absona mitte loqui;
Mitte arma et pugnas, quando immortalia gestîs
Facta referre Deûm.

(1) Hercules Trachinio quodam occiso, ut refert Scholiastes, jussu Apollinis se Pylum contulit, ut per Neleum Neptuni filium a cæde purgaretur. Renuente Neleo adversum eum, et patrem etiam pro filio stantem pugnavit.

(2) Cum Delphos idem venisset oraculum consulturus, et Pythia respondisset Apollinem non esse domi, iratus subvertit Tripodem, et bello vicisse Apollinem fertur.

(3) Cerberum ex Inferis Euristhei mandato educturus Plutonem adversantem repulit, et canem secum duxit.

Digitized by Google

Χωρὶς Ἀθανάτων· φέροις
Δὶ Πρωτογενείας
Ἄστει γλῶσσαν, ἵν' αἰολο-
βρόντα Διὸς αἶσα
Πύρρα Δευκαλίων τε, Παρ-
ναστοῦ καταβάντε,
Δόμον ἔθεντο πρῶτον· ἄτερ
Δ' εὐνᾶς, ὁμόδαμον
Κτισάσθαν λίθινον γόνον.
Λαοὶ δ' ἀνόμασθεν.
Ἔγειρ' ἐπέων σφὶν οἶμον
Λιγύν. αἶνει δὲ παλαιὸν
Μὲν οἶνον, ἄνθεα δ' ὕμνων
Ε. β'. Κ. ι.
Νεωτέρων. Λέγοντι μὰν
Χθόνα μὲν κατακλύσαι μέλαιναν
Ὕδατος σθένος· ἀλλὰ Ζηνὸς
Τέχναις ἀνάτωσιν ἐξαίφνας
Ἄντλον εἰλεῖν. κείνων δ' ἔσσαν
Χαλκάσπιδες ὑμέτεροι πρόγονοι,
Ἀρχᾶθεν Ἰαπετιονίδος
Φύτλας κοῦροι χορᾶν τε φερ-
τάτων Κρονιδᾶν, ἐγ-
χώριοι βασιλῆες αἰεί.

Σ. γ'.

omnem Immortalium, convertas potius ad Protogeniæ urbem linguam, ubi fulmina-vibrantis Jovis imperio Pyrrha Deucalionque, Parnasso cum descendissent, domum exstruxerunt primum, sineque concubitu ejusdem generis produxerunt lapideam sobolem, qui Lai adpellati sunt. Excita carminum illis modos sonoros, laudaque vetus quidem vinum, flores vero hymnorum

[*Epod.* 2.] recentium. Ajunt sane terram quidem inundasse nigram aquæ vim, sed Jovis arte resorptam esse statim undarum colluviem. Ex illis autem, amasiisque Saturnidarum præstantissimis, originem duxerunt æreis-clypeis-instructi vestri majores, origine Japetoniæ stirpis filii, indiginæ reges semper;

Verte tuos alio sensûs. Tibi monstrat Opuntem
Protogenîa (1) suam,
Pyrrha ubi, Deucalionque Jovis cita ab axe vibrantis
Fulmina fatidico
Jussu, Parnasi cum vertice descendissent,
Constituêre domum
Felices primam, et similem sine Cypride prolem
Stare sui generis
Vidêre e saxis ortam, ductum unde renato
Nomen inest populo.
Exere nunc illis numeros, laudumque repostam
Pande canora viam.
Sit laudi senium vino, sed floreat hymnis
Læta juventa tuis.
Immensæ, ut perhibent, quondam vis incita aquäi
Merserat omne solum,
Sed Jove diluviem spectante, refûgit in imos
Acta repente sinûs.
Hinc vestri æratâ clypeorum luce corusci
Ortum habuere patres
E stirpe Iäpeti antiquâ, placitisque (2) puellis
Eximio Superum
Saturni Nato, indigenis florente per ævum
Regibus imperio

Ante,

(1) Pyrrhæ, et Deucalionis filia.
(2) Heynius putat per ἐναλλαγὴν hæc dici de puella una ex Japeti stirpe, a Jove amata, ex qua progenies fuit, quæ Locridem tenuit ante Deucalionem.

Σ. γ'. Κ. ιε'.

Πρὶν Ὀλύμπιος ἀγεμών,
Τὸν παῖδ' ἀπὸ γᾶς Ἐπει-
ῶν Ὀπούντος ἁρπάσας, ἴκαλος
Μίχθι Μαιναλίαισιν ἐν
Δειραῖς, καὶ ἔνεικεν
Λοκρῷ· μὴ καθέλοι μὶν αἰ-
ὼν, πότμον ἐφάψας,
Ὀρφανὸν γενεᾶς. Ἔχε
Δὲ σπέρμα μέγιστον
Ἄλοχος· εὐφράνθη τε ἰδὼν
Ἥρως θεῖτον υἱὸν·
Μάτρωος δ' ἐκάλιστέ μιν
Ἰσώνυμον ἔμμεν,
Ἔπίρρατον ἄνδρα μορφᾷ
Τε καὶ ἔργοισι· πόλιν δ' ὤ-
πασεν λεών τε διαιτᾶν·

Α. γ'. Κ. ιε'.

Ἀφίκοντο δὲ οἱ ξένοι,
Ἔκ τ' Ἄργεος, ἔκ τε Θη-
βᾶν, ἰδ' Ἀρκάδες, οἱ δὲ καὶ Πισᾶται·
Τᾶ δ' Ἄκτορος ἐξόχως
Τίμασιν ἐποίκων
Αἰγίνας τε Μενοίτιον.
Τοῦ παῖς, ἅμ' Ἀτρεΐδαις

Τεύ-

[*Str.* 3.] ante quam Olympius rex cum filia Opuntis, e terra Epeorum abrepta, clam consuevisset Mænaliis in jugis, eamque adduxisset ad Locrum, ne auferret eum ætas morti admovens [senectus] orbum prole. Enixa autem est prolem generosissimam uxor; gavisusque est intuitus Heros subditum filium. Materni avi autem jussit eum cognominem esse, summum virum forma et factis, urbemque ei dedit populumque regendum.

[*Ant.* 3.] Advenerunt autem [ad eum] hospites ex Argis ex Thebisque, et Arcades itemque Pisatæ. Filium autem Actoris Æginæque Menœtium maxime honoravit inter

Ante, sibi Eléâ (1) quam terrâ abduxit Olympi
Rector Opunte (2) satam,
Mænalio et junctam in saltu post dulcia amotis
Pignora clam sterili
Restituit Locro, ne nuntia funeris ætas
Ultima luctificum
Abriperet sine prole virum. Prælustre feraci
Semen habens utero
Enixa est conjux puerum, quem vidit ut Heros,
Credidit esse suum,
Lætitiâque tumens materni nomen habere
Nobile jussit avi.
Forma fidem supra, virtusque e germine cæli
Sic rapuere patrem,
Ut juveni munus daret urbis, et aurea vasti
Fræna simul populi.
Thebani, Argivi, Pisæi, atque Arcades illuc,
Hospita turba frequens,
Convênere statim. Verum Actoris, Æginæque
Sanguis ibi ante alios
Est cultus cives ab Rege Menœtius, ille
Terrifici genitor
Herois, qui magnanimos comitatus Atridas,
Quo tulit arma furor,

Teu-

(1) Elei vocati sunt Epei ab Epeo Endymionis filio.

(2) Deucalione, qui alias etiam Opus dicebatur.

Τεύθραντος πεδίον μολών,
Ἕστα σὺν Ἀχιλλεῖ
Μόνος, ὅτ' ἀλκᾶντας Δαναοὺς
Τρέψας ἁλίαισιν
Πρύμναις Τήλεφος ἔμβαλεν·
Ὥστ' ἔμφρονι δεῖξαι
Μαθεῖν Πατρόκλου βιατάν
Νόον γ'. ἐξ οὗ Θέτιος γό-
νος οὐλίῳ μὶν ἐν ἄρει

Ε. γ'. Κ. ί.

Παραγορεῖτο, μήποτε
Σφετέρας ἄτερθε ταξιοῦσθαι
Δαμασιμβρότου αἰχμᾶς. Εἶην
Εὐρησιεπὴς ἀναγεῖσθαι
Πρόσφορος ἐν Μοισᾶν δίφρῳ·
Τόλμα δὲ καὶ ἀμφιλαφὴς δύναμις
Ἔσποιτο. προξενίᾳ δ' ἀρετᾷ
Τ' ἦλθον τιμάορος Ἰσθμίαι-
σι Λαμπρομάχου μί-
τραις· ὅτ' ἀμφότεροι κράτησαν

Σ. δ'. Κ. ιε'.

Μίαν ἔργον ἀφ' ἁμέραν.
Ἄλλαι δὲ δὴ ἐν Κορίν-
θου πύλαις ἐγένοντ' ἔπειτ' χάρμαι,

Ταὶ

inter advenas. Cujus filius cum Atridis in Teuthrantis solum profectus, stetit cum Achille solus, cum strenuos Danaos in fugam versos marinas in puppes Telephus compulisset, ut specimen daret, unde prudens quisque cognosceret Patrocli fortem animum. Ex quo Thetidis proles periculoso illum in bello

[*Epod.* 3.] rogabat, ne umquam a sua seorsum mortalium-domitrice-hasta in acie staret. Essem [utique satis] ingeniosus, ut procederem vectus in Musarum curru, audaciaque et ampla facultas mihi adesset. Enimvero ob hospitalitatem virtutemque veni laudator Isthmiis Lampromachi coronis, dum ambo vicerunt

[*Str.* 4.] certamine, uno die. Aliæ autem duæ ad Corinthi portas evenerunt postea

Teuthraniæ in campo cum forti solus Achille
Perstitit ense minax,
Obvius audaces cum Telephus (1) impete facto
Deproperare fugam
Cogeret ad puppes Danaos. Tum cognita cunctis
Intrepidi enituit
Virtus Patrôcli, Thetidos tum maxima proles
Suasit ut ancipiti
Pugnæ in perniciê nunquam certaret ab hastâ
Longius ille suâ
Mortales frangente ausûs. Ah magna canenti
Nomina mi riguæ
Copia sit linguæ, sit vis audensque vigentis
Spiritus ingenii,
Aonidum vehar ut curru! Nam pectus apertum
Hospitibus recolens,
Virtutemque novam, vêni celebrare beatis
Isthmia serta modis,
Lampromacho quæ cognato communia eâdem
Parta fuere diê.
Ast alia inde sibi in portis (2) geminata Corinthi
Munera lætitiæ

(1) Græci Trojam versus euntes in Mysiam appulere, ibique Ilium esse cæpi regionem vastare cæperunt. Sed Telephus Rex ejus terræ omnes fugavit præter Achillem et Patroclum.

(2) Portæ Corinthi sunt Isthmus, quia per illam inter Jonium et Ægeum mare ad Corinthi urbem est aditus.

Ταὶ δὲ καὶ Νεμέας Ἐφαρ-
μόστῳ κατὰ κόλπον·
Ἄργει τ' ἴσχεθε κῦδος ἀν-
δρῶν· παῖς δ' ἐν Ἀθάναις.
Οἷα δ' ἐν Μαραθῶνι, συ-
λαθεὶς ἀγενείων,
Μέτα ἀγῶνα πρεσβυτέρων,
Ἄμφ' ἀργυρίδεσσιν;
Φῶτας δ' ὀξυρεπεῖ δόλῳ
Ἀπτῶτι δαμάσσας,
Διήρχετο κύκλον ὄσσᾳ
Βοᾷ, ὡραῖος ἰὼν καὶ
Καλός, κάλλιστά τε ῥέξας;
Α. δ'. Κ. ιϛ'.
Τὰ δὲ Παρράσιον στρατῷ
Θαυμαστὸς ἐὼν φάνη
Ζηνὸς ἀμφὶ πανάγυριν Λυκαίου·
Καὶ ψυχρᾶν ὀπότ' εὐδια-
νὲς φάρμακον αὔραν
Πελλάνᾳ φέρει· σύνδικος
Δ' αὐτῷ Ἰόλαου
Τύμβος, εἰναλία τ' Ἐλευ-
σὶς ἀγλαΐαισιν.
Τὸ δὲ φυᾷ, κράτιστον ἅπαν.

Πολ-

---

stea victoriæ, aliæque Epharmosto Nemeæ in recessu; Argisque obtinuit decus [victoriam] inter viros, puerque Athenis. Quale autem Marathone, digressus ab imberbibus, sustinuit certamen ætate provectiorum de argenteis phialis? virosque celeri dolo invicto quum superasset, pertransiit circum quanto cum clamore formosus, et pulcher, cumque perpetrasset pulcherrima!

[*Ant.* 4.] Parrhasio etiam populo admirandus adparuit Jovis in panegyri Lycæi, tumque quum frigidarum tepidum remedium aurarum [chlamydem] Pellenæ reportaret. Testis etiam est victoriarum ejus Jolai tumulus marinaque Eleusis. Quod natura autem contingit, optimum omne est. Multi vero hominum acquisitis disciplina virtu-

Vidit Epharmostus. Nemees quoque nobile in oris,
Argolicisque (1) virûm
In ludis insigne tulit, lumenque juventæ
Articâ (2) in urbe puer.
Qualis ab imberbîs vix dum digressus Ephebis
Sustinuit rabidam
Majorum natu Marathonis (3) in æquore pugnam
Mente animoque petens
Argenti phialas! Quo plausu quamque secundo
Grajugenûm fremitu
Ille dolo celeri et lapsum renuente repressit,
Edomuitque viros!
Incessit juvenis circo spectabilis amplo
Sidereâ facie,
Corpore formoso pulcher, pulcherrima et ipso
Acta gerens habitu.
Parrhasiæ (4) invicto gentes, sensûsque Lycæi
Adstupuere Jovis:
Mirando Pellêne (5) homini surrexir, et olli
Tradidit horriferæ
Aurai tepidum lenimen. Sensit et ipse,
O Iölâe (6), tuus
Victotem tumulus, viditque et servat (7) Eleusis
Ad mare læta decus.
Virtus, naturâ quæ contigit, optima lucet,
Et tegit artis opes,

(1) Argis Junonia certamina celebrabantur.
(2) In ludis Pœsthenæis.
(3) Marathona in ludis Herculi sacris, in quibus argenti phiala præmium erant.
(4) In ludis Arcadiæ in honorem Jovis Lycæi.
(5) Theoxenia et Hermæa certamina Apollini et Mercurio dicata erant in urbe Pellenes proposita chlamys præmio victoribus.
(6) Thebis Jolao et Herculi sacri celebrabantur ludi ad Jolai tumulum.
(7) Eleusis Atticæ urbs erat, in qua Cereri et Proserpinæ fiebant certamina.

Πολλοὶ δὲ διδακταῖς
Ἀνθρώπων ἀρεταῖς κλέος
Ὧρουσαν ἐλέσθαι.
Ἄνευ δὲ Θεοῦ, σεσιγα-
μένον γ' οὐ σκαιότερον χρῆ-
μ' ἑκαστον. Ἐστὶ γὰρ ἄλλαι
E. δ'. K. ί.
Ὁδῶν ὁδοὶ περαίτεραι.
Μία δ' οὐχ ἅπαντας ἅμμε θρέψει
Μελίτα. σοφίαι μὰν αἰπει-
ναί. τοῦτο δὲ προσφέρων ἄθλον,
Ὄρθιον ὦρσαι θαρσέων,
Τόνδ' ἀέρα δαιμονίως γεγάμεν
Εὔχειρα, δεξιόγυιον, ὁρῶν-
τ' ἀλκάν, Αἰάντειόν γε δαί-
θ' ὃς Οἰλιάδα νι-
κῶν ἐπεστεφάνωσε βωμόν.

ΠΙΝΔ.

---

virtutibus gloriam annixi sunt assequi. Absque Deo autem [non propitio Genio] quod quis susceperit, sileri non deterius est [præstat] facinus unumquodque. Sunt enim

[*Epod.* 4.] viæ viis aliæ ulteriores; neque unum omnes nos alet studium. Sapientia sane ardua est. Hoc autem adferens præmium, alte vociferare audacter, hunece virum divinitus natum esse manu promtum, membris dextrum, adspectu robustum, qui inter solemnes epulas Ajaceam Oilidæ victor coronavit aram.

Queis multi ad famam reptant. Laus omnis, iniquo
Quæ petitur genio,
Muta jacet melius. Variis via plurima votis,
Et magis apta patet,
Nec cunctos alet unus amor. Sapientia certe
Ardua Pieridum
Vulgares nescit cantûs. Porge ergo sonorum
Porge, anima, egregio
Victori pretium. Dic altis vocibus audax
Munere Cælicolum
Nascenti immissas dotes; dic fulmina dextræ,
Omnimodisque agiles
Membrorum motûs, et vivâ in luce micantes
Martis ab igne oculos;
Dic et (5) Oïlîdæ solemni Victor ut aram
Cinxerit ille dape.

(5) Apud Locros instituti fuerunt ludi Oilei ad honorem Ajacis Oilei filii.

OLYMPICÆ DECIMÆ

ARGUMENTUM.

AGesidemo Locro Epizephyrio pugilatu inter pueros Olympiade septuagesima quarta Victori jamdiu promissum carmen, sed obrepente oblivione minime factum longo nunc post victoriam intervallo persolvit Pindarus. Ut autem crimen lasi hospitis specie magnum, non re, a se prorsus amoveat, Musam et Veritatem Jovis filiam innocentiæ suæ testes et patronas invocat rogatque, ne sibi turpem sinant mendacii notam inuri, inspecto Victoris nomine, quod in animo sui poetæ legunt diu altius insculptum. Prorogatum itaque promissi debitum absque culpa, non consulto neglectum est. Satis enim officii fidem exhibet prima debiti recordatio, quæ nunc prompta præsentem hymnum porrigit et alterum parat loco fenoris, quo acrem hominum tollat penitus reprehensionem. Ut maris fluctus ingruens levem calculum in litore stantem secum rapit et obruit in profundo, ita cantus Victori et urbi destinatus objectum statim dissipabit opprobrium. Hac spe nixus et confirmatus poeta laudationem inchoat a Victoris patria, quæ a veritate per optimas Zaleuci pastoris leges inducta feliciter gubernatur, bonas artes et Musas colit, exercet studia Martis et Heroas bello claros ostentat. Inter hos Agesidemus ipse puer recensendus est. Nam licet in principio certaminis paulisper trepidasset, ab Ila tamen alipta in audaciam restitutus victoriam strenue reportavit, Herculi similis, quem Cycnus Martis filius cum in fugam vertisset in prima pugna, in altera prapotentem postea Victorem sensit occisus. Ut autem Achilli Patroclus adjutori suo in armis, sic Ilæ Agesidemus rei bene gestæ successum referre debet acceptum, cum ejus vivido hortatu incensus suam indolem ad fortia natam animose explicarit, seque Olympici ludi omnium præstantissimi coronarit gloria. Quod Pindarus ut magnifice ostendat, et Victori aperiat

acce-

accepti bonoris fontem, institutionem Elei certaminis illi ob oculos ponit ab Hercule factam & Jovi dedicatam Regibusque Divis, postquam Ctcatum et Eurytum Neptuni et Miliones filios cum Augea Epeorum Rege, quod justam sibi pactamque denegassent mercedem, gravis ultor interfecerat. Primitiæ belli et spolia Patri Maximo offeruntur, statuitur augusti luci forma, saecllum designatur et convivii locus et aræ sex eriguntur. Institutionis porro saeræ celebritati Pareæ astant præsentes, ut eam felicem reddant; astat Tempus, ut diuturnam eandem servet, et posterorum memoriæ primos tradat Victores, qui suo exemplo deinceps ad eandem gloriam Græcorum omnium oriturum genus accendant. Nominat hic Pindarus et extollit laudibus Heroas illos, qui manu, pede et curru decertantes suæ præmia fortitudinis in prima Olympiade gloriose ceperunt plaudente tota Græcia, et inter solcmnes epulas resonante cantibus Jovis templo. Nominat autem, ut Agesidemus antiquæ illius imitator virtutis se dignum sentiat pari gloria, gaudeatque se quoque in eorum Athletarum numerum scriptum esse, suasque laudes ex instituto vetere cum Jovis laudibus a poeta conjungi. Hymni vero diutius exspectati a Victore tædium jucunda et apta comparatione mulcet ac levat. Ut enim provecto seni et annoso maxime gratus ex uxore filius est, quod extraneus et invisus tali ortu divitiarum hæres excluditur, sic sero a Diree missus hymnus Agesidemo acceptus ipsi erit nihilominus, quia non vivo tantum, sed etiam mortuo ejus famam illustrabit, et victoriæ fructum, qui sine carmine brevis est, æternum possidenti faciet, cum ad Orti limen pervenerit. Felicem itaque illum esse ait, cui lyra et tibia et suave carminum melos virtutem clarant insignem, et Pierides filiæ Jovis immortale decus aspergunt. His ipse studiosus comes et minister additus illustrem Locrorum gentem se fovisse cantu et urbem excellentium Virorum matrem Musæo irrigasse melle gloriatur Arehestrati laudando filium, quem manuum robore invicto ad Olympicam aram superantem vidit æmulos, trahentemque Græcorum omnium astantium oculos, Ganimedi similem pubentis adhuc et primitus florentis ævi pulcritudine.

OLYM-

ΠΙΝΔ. ΟΛΥΜΠ.

εἶδος ἰ.

ΑΓΗΣΙΔΑΜΩ ΛΟΚΡΩ
ΕΠΙΖΕΦΥΡΙΩι

πύκτῃ.

Σ. ἀ. Κ. ή.

Τὸν Ὀλυμπιονίκαν ἀναγνωτέ μοι
Ἀρχεστράτου παῖδα, πόθι φρενὸς
Ἐμᾶς γέγραπται. γλυκὺ γὰρ αὐτῷ
Μέλος ὀφείλων ἐπιλέλαθ'. Ὦ
Μοῖσ', ἀλλὰ σύ, καὶ θυγάτηρ
Ἀλάθεια Διός,
Ὀρθᾷ χερὶ ἐρύκετον ψευδέων
Ἐνιπὰν ἀλιτόξενον·

Α. ἀ. Κ. ή.

Ἔκαθεν γὰρ ἐπελθὼν ὁ μέλλων χρόνος
Ἀμὸν κατήσχυνε βαθὺ χρέος.
Ὅμως δὲ λῦσαι δυνατὸς ὀξεῖ-
αν ἐπιμομφὰν ὁ τόκος ἀνδρῶν.
Νῦν ψᾶφον ἑλισσομέναν
Ὅτα κῦμα κατα-
κλύσσει ῥέον, ὅπα τε κοινὸν λόγον

Φίλαν

OLYMP. X.

[*Str.* 1.] Olympicum victorem legite mihi Archestrati filium, qua in parte mentis meæ scriptus sit. Dulcem enim ei hymnum debere me oblitus sum. Sed tu, o Musa, atque tu filia Jovis, Veritas, recta manu arcete mendaciorum reprehensionem, quæ in hospitem deliquisse me arguat.

[*Ant.* 1.] Nam e longinquo superveniens protractum tempus gravis delicti pudore me suffudit; verumtamen diluere potest acrem hominum reprehensionem usura. Nunc calculum volutatum quo undæ provolvet fluctus? et quo [deductum] nos communem [urbi] hymnum jucundam ad gratiam persolvemus?

Digitized by Google

accepti honoris fontem, institutionem Elei certaminis illi ob oculos ponit ab Hercule factam et Jovi dedicatam Regibusque Divis, postquam Cteatum et Eurytum Neptuni et Miliones filios cum Augea Epeorum Rege, quod justam sibi pactamque denegassent mercedem, gravis ultor interfecerat. Primitiæ belli et spolia Patri Maximo offeruntur, statuitur augusti luci forma, sacellum designatur et convivii locus et aræ sex eriguntur. Institutionis porro sacræ celebritati Parcæ astant præsentes, ut eam felicem reddant; astat Tempus, ut diuturnam eandem servet, et posterorum memoriæ primos tradat Victores, qui suo exemplo deinceps ad eandem gloriam Græcorum omnium orituram genus accendant. Nominat hic Pindarus et extollit laudibus Heroas illos, qui manu, pede et curru decertantes suæ præmia fortitudinis in prima Olympiade gloriose ceperunt plaudente tota Græcia, et inter solemnes epulas resonante cantibus Jovis templo. Nominat autem, ut Agesidemus antiquæ illius imitator virtutis se dignum sentiat pari gloria, gaudeatque se quoque in eorum Athletarum numerum scriptum esse, suasque laudes ex instituto vetere cum Jovis laudibus a poeta conjungi. Hymni vero diutius exspectati a Victore tædium jucunda et apta comparatione mulcet ac levat. Ut enim provecto seni et annoso maxime gratus ex uxore filius est, quod extraneus et invisus tali ortu divitiarum hæres excluditur, sic sero a Dirce missus hymnus Agesidemo acceptus ipsi erit nihilominus, quia non vivo tantum, sed etiam mortuo ejus famam illustrabit, et victoriæ fructum, qui sine carmine brevis est, æternum possidenti faciet, cum ad Orci limen pervenerit. Felicem itaque illum esse ait, cui lyra et tibia et suave carminum melos virtutem clarant insignem, et Pierides filiæ Jovis immortale decus aspergunt. His ipse studiosus comes et minister additus illustrem Locrorum gentem se fovisse cantu et urbem excellentium Virorum matrem Musæo irrigasse melle gloriatur Archestrati laudando filium, quem manum robore invicto ad Olympicam aram superantem vidit æmulos, trahentemque Græcorum omnium astantium oculos, Ganimedi similem pubentis adhuc et primitus florentis ævi pulcritudine.

CLYM-

Hæc scripsit

Φίλαν τίσομεν ἐς χάριν.

Ε. ά. Κ. Ϛ'.

Νέμει γὰρ Ἀτρέκεια πόλιν Λοκρῶν
Ζεφυρίων· μέλει τέ σφισι Καλλιόπα,
Καὶ χάλκειος Ἄρης. Τράπε δὲ Κυκνεία
Μάχα καὶ ὑπέρβιον Ἡρακλέα· πύκτας
Δ' ἐν Ὀλυμπιάδι νικῶν Ἴλᾳ φερέτω χάριν
Ἀγησίδαμος, ὡς Ἀχιλεῖ Πάτροκλος·
Θήξας δέ κε φῶτ' ἀρετᾷ, ποτὶ
Πελώριον ὥρμασε κλέος ἀ-
νήρ, Θεοῦ σὺν παλάμᾳ.

Σ. β. Κ. ή.

Ἄτονον δ' ἔλαβον χάρμα παῦροί τινες,
Ἔργων πρὸ πάντων βιότῳ φάος.
Ἀγῶνα δ' ἐξαίρετον αἶσαι
Θέμιτες ὦρσαν Διός, ὃν ἀρχαί-
ῳ σάματι παὰ Πέλοπος
Βίᾳ Ἡρακλέος
Ἐκτίσσατο, ἐπεὶ Ποσειδάνιον
Πέφνε Κτέατον ἀμύμονα,

Α. β. Κ. ή.

Πέφνε δ' Εὔρυτον, ὡς Αὐγέαν λάτριον

Ἄκορ Ϛ'

[*Epod.* 1.] Gubernat enim [vero] Veritas urbem Locrorum Zephyriorum; curæque est illis Calliope et æneus Mars. Fugavit autem Cycnea pugna etiam violentum Herculem. Pugil vero in Olympico certamine victor Ilæ acceptum ferat Agesidamus, ut Achilli Patroclus. Acuens autem ad virtutem alius alium ad ingens evehit [victoriæ] decus, Dei cum auxilio.

[*Str.* 2.] At gaudium [victoria] sine labore contingere solet paucis: majus hoc omni operoso facinore vitæ decus. Certamen autem eximium canere me jubent Themides Jovis filiæ, quod antiquum juxta sepulcrum Pelopis vis Herculea instituit, quum Neptunium interfecit Cteatum præstantem:

[*Ant.* 2.] occiditque Eurytum, ut famularem ab Augea violento, ab invito volens,

Victori et urbi cantus. Alma sospitat
Regitque Locros Veritas,
Calliope et illos Marsque aheno lumine
Coruscus accendit Pater.
Si (1) Cycnus ipsum præporentem viribus
Fugavit Herculem latro,
Quid ni pavescat in palæstram prodiens
Olympiæ primum puer
Agêsidêmus, mox suorum interritus
Victor futurus hostium?
Rependat (2) Ilæ gratiam, qualem suo
Patrôclus exsolvit duci.
Virtutis ignes insitæ qui nobili
In corde cultor suscitat,
Sublime alumni nomen în cælum sui
Juvante tollit Numine.
Sed absque curis er labore nemini
Datum potiri gaudio,
Splendore vitam quod coronat omnium
Vincentre facrorum jubar.
Hic me Tonantis filiæ Leges jubent
Originem pulcherrimi
Cantare ludi, quem triumphantis manus
Alcidis antiquo dedit
Pelopis sepulcro, ut Eurytum et Creatum simul,
Neptuniam prolem feram,
Justâ peremit cæde, mercedem sui
Invito ab Augîa volens

(1) Cycnus Thessaliæ Rex prætereuntes omnes obtruncabat, ut capitibus occisorum Patri suo Marti templum conderet. Hic, cum Herculem in via sibi obvium adjuvante Patre fugasset, ei reverso paulo post repertus solus justa nece pœnas dedit.

(2) Ilæ Agesidemi auctor cum fatiscentem erexit, ut Achilles in acie Patroclum.

Ἄχονθ' ἑκὼν μισθὸν ὑπέρβιον
Πράσσοιτο. λόχμαισι δὲ δοκεύσας
Τὸ Κλεωνᾶν δάμασε καὶεί-
νους Ἡρακλείης ἐφ' ὁδῷ·
Ὅτι πρόσθε ποτὲ
Τιρύνθιον ἔπερσαν αὐτῷ στρατόν,
Μυχοῖς ἄμμενον Ἄλιδος,

Ε. β'. Κ. θ'.

Μολίονες ὑπερφίαλοι. Καὶ μὰν
Ξενατάτας Ἐτειῶν βασιλεὺς, ὅπιθεν
Οὐ πολλὸν, ἴδε πατρίδα πολυκτίονον
Τὸ στερεῷ πυρὶ πλαγαῖς τε σιδάρου
Βαθὺν εἰς ὀχετὸν ἄτας ἴζοισαν ἐὸν πόλιν.
Νεῖκος δὲ χρεσσόνων ἀποθέσθ' ἄπορον.
Καὶκεῖνος ἀβουλίᾳ, ὕστατος
Ἀλῳσίος ἀντήσας, θάνατον
Αἰπὺν οὐκ ἐξέφυγεν.

Σ. γ'. Κ. ή.

Ὁ δ' ἄρ' ἐν Πίσᾳ ἕλσας ὅλόν τε στρατὸν
Λεῖόν τε πᾶσαν Διὸς ἄλκιμος
Υἱὸς σταθμᾶτο ζάθεον ἄλσος
Πατρὶ μεγίστῳ· περὶ δὲ πάξας
Ἄλτιν μὲν ὄγ' ἐν καθαρῷ

Διέκρι-

---

lens, mercedem exigeret. In frutetis autem insidiatus sub Cleonis, domuit et illos Hercules in via, quodiam aotea aliquaodo Tirynthium profligaverant ipsi exercitum in recessibus hærentem Elidis

[*Epod.* 2.] Molionidæ arrogantissimi. Atqui io hospitem frauduleotus Epeorum rex non multo post vidit patriam divitem, urbem suam, valido igni ictibusque ferri [vastatam] in profundum calamitatis gurgitem depressam. Iram eoim potentiorum amoliri difficile. Etiam ille temeritate, postremus in expugoatiooe obviam factus, mortem gravem ooo effugit.

[*Str.* 3.] Hic vero ad Pisam quum coegisset totasque copias prædamque omnem, Jovis fortis filius dimetiebatur sacrum lucum Patri maximo; septoque ioclusam Altin

in

Pactam laboris, quam negarat is novâ
Perjurus insolentiâ.
Juxta Cleônas e latebris arborum
Erupit Heros conditus,
Mediâque et illa monstra prostravit viâ,
Tirynthium quod antea
Examen ipsi in Elidos valle hosticis
Moliônidæ (1) audacissimi
Fudere telis. Ast Epêûm mox suam
Rex ipse lusor hospitis
Opibus valentem patriam vidit gravi
Ab igne, ferri et ictibus
Ustam jacere, dissipatam, perditam
Alto in malorum gurgite.
Potentiorum sospitem furoribus
Elabier, res ardua.
Sic ille temere pugnâ in extremâ obvius
Haud fugit horrendam necem.
Invictus ergo Natus augusti Jovis
Pisæ coacto exercitu,
Prædâque totâ, maximo dium statim
Metatus est lucum Patri;

Puro

(1) Eurytus et Ctеatus Molionеs e Neptuno filii, quos juxta Cleonas Argolicam urbem ex insidiis circumvenit Hercules et oppressit, quod exercitum ejus contra Augiam procedentem perdidissent.

Διέκρινε· τὰ δὲ
Κύκλῳ πέδον ἔθηκε δόρπου λύσιν,
Τιμάσας πόρον Ἀλφειοῦ
Α. γ'. Κ. ή.
Μετὰ δώδεκ' Ἀνάκτων Θεῶν· καὶ πάγον
Κρόνου προσεφθέγξατο. πρόσθε γὰρ
Νώνυμνος, ἃς Οἰνόμαος ἄρχε,
Βρέχετο πολλᾷ νιφάδι. Ταύτᾳ
Δ' ἐν πρωτογόνῳ τελετᾷ
Παρίσταν μὲν ἄρα
Μοῖραι σχεδόν, ὅ, τ' ἐξελέγχων μάνος
Ἀλάθειαν ἐτήτυμον
Ε. γ'. Κ. θ'.
Χρόνος· τὸ δὲ σαφανὲς ἰὼν πόρσω
Κατέφρασεν, ὅπα τὼ πολίμοιο δάσω
Ἀκρόθινα διελὼν ἔθυε, καὶ πενταετηρίδ' ὅπως ἄρα ἔστασεν ἑορτάν,
Ἐν Ὀλυμπιάδι πρώτᾳ νικαφορίαισί τε.
Τίς δὴ ποταινιόν γε λάχε στέφανον
Χείρεσσι ποσίν τε καὶ ἅρμασιν
Ἀγώνιον, ἐν δόξᾳ θέμενος
Εὖχος ἔργῳ καθελών;

Σ. δ'.

---

in patenti loco secrevit: ambientem autem campum posuit epularum diversorium, honorans [sacro facto] fluvium Alphei

[*Ant.* 3.] cum duodecim regibus Diis, et collem Saturnium adpellavit. Antea enim, quum Œnomaus ei imperabat, ignobilis rigabatur multa nive. Hac vero in prima celebritate utique quidem prope adstiterunt Parcæ, quodque argnit solum veritatem certam,

[*Epod.* 3.] Tempus. Hoc vero, [etsi] longissime progressum, declaravit, [memoriam rerum servavit,] ubi belli munus, spoliorum primitias, partitus immolaverit, et quinquennale quomodo instituerit festum? in Olympiade prima victoriaque quis recentem reportaverit manibus pedibusque et curribus certaminis coronam, in honore constitutus, gloriam facinore nactus?

Puro Sacellum sepsit inscriptum loco,
Cœnæque decertantibus
Circum patentem destinavit aream,
Prædulce diversorium.
Cum Regibus Dîis ille duodenis sacrum
Dicavit Alphêi caput,
Terramque collis inclyto Saturnii
Gaudere jussit nomine.
Squallebat ante ingloria et multâ jugum
Monstrabat adspersum nive,
Œnomaus illam cum Tyrannus asperis
Quondam teneret legibus.
Pompæ affuêre splendidæ primordiis
Parcæ (1) renidentes prope,
Tempusque nudans veritatem. Prodidit
Nempe hoc per annos provolans,
Ut ille rite spolia belli partiens
Prima immolarit munera;
Quâ lege ludos et superbas vinxerit
Quinquenniorum Ferias,
Quibusque pugnis præmiisque Olympicum
Donarit auctor pulverem.
At quis manuque fervidâ et cito pede
Curruque primam rettulit
Palmæ coronam? Seque in excelso locans
Evertit hostis gloriam?

Recto

(1) Olympiorum institutioni apte affuere Parcæ et Tempus, ut ab illis felicitas, ab hoc diuturnitas provenisset.

Σ. δ'. Κ. ή.

Σταδιον μὲν ἀρίστευσεν εὐθύδρομον,
Ποσσὶ τρέχων, παῖς ὁ Λικυμνίου
Οἰωνὸς· ἦκεν δὲ Μιδέαθεν
Στρατὸν ἐλαύνων. Ὁ δὲ πάλᾳ κυ-
δαίων Ἔχεμος Τέγεαν·
Δόρυκλος δὲ τέλος
Πυγμᾶς φέρε, Τίρυνθα ναίων πόλιν·
Αὐ ἵπποισι δὲ τέτρασιν

Α. δ'. Κ. ή.

Ἀπὸ Μαντινέας Σᾶμος ᾠείδετο.
Κἄκοντι Φράστωρ ἔλασε σκοπὸν·
Πέτρῳ δ' Ἐνικεὺς ἔδικε μᾶκος,
Χέρα κυκλώσαις, ὑπὲρ ἅπαντας,
Καὶ συμμαχίᾳ θόρυβον
Παραίθυξε μίγαν.
Ἐν δ' ἕσπερον ἔφλεξεν εὐώπιδος
Σελάνας ἐρατὸν φάος·

Ε. δ'. Κ. θ'.

Ἀείδετο δὲ πᾶν τέμενος τερπναῖ-
σι θαλίαις τὸν ἐγχώμιον ἀμφὶ τρόπον.
Ἀρχαῖς δὲ προτέραις ἑπόμενοι καὶ νῦν,
Ἐπωνυμίαν χάριν νίκας ἀγερώχου

Κελα-

[*Str.* 4.] Stadio quidem vicit recto cursu pedibus currens filius Licymnii Œonus, qui venerat ex Midea exercitum ducens; sed lucta illustrem reddidit Echemus Tegeam; Doryclus vero præmium pugilatus tulit, Tirynthem incolens urbem. Quadrigis autem

[*Ant.* 4.] e Mantinea Semus canebatur; et jaculo Phrastor attigit scopum; saxo autem [disci] Eniceus jecit in longum, manum circumrotans, supra omnes, et sodalitio acclamationem expressit magnam. Tum vesperam illustravit pulcræ Lunæ amabile lumen,

[*Epod.* 4.] personabatque totum delubrum inter jucundas epulas laudatorio cantu: primordia vero illa prisca secuti, etiamnum cognomine decus victoriæ superbæ celebra-

Recto Licymnî Natus in stadio celer
Eônus omnes flammeo
Cursu antecessit. Ex Midæâ (1) bellicus
Is urbe Princeps venerat.
Honore Tegeam (2) fulgido luctâ potens
Echêmus extulit suam,
Asprique Doryclus operis optatum exitum
Tirynthius vidit pugil.
Clarasse rapidis Mantinêam (3) dicitur
Sêmus quadrigis patriam.
At Phrasroris valente ab arcu fulgurans
Sagitta signum perculit,
Discive longe saxei pondus rotans
Ardente in orbem dexterâ
Cunctis Enîceûs melior ingentem suos
Exptessit inter æmulos
Plausûs fragorem. Luna lætius nitens
Lustrabat almo vesperam
Adspectu, et omne perstrepebat undique
Conviviorum vocibus
Festisque Templum canticis, et fortium
Tollente virtutes sono.
Et ipse, prisco more, præsigni dabo
Cognominem (4) victoriæ

(1) Urbs Argolidis Midea erat, ejusque Princeps Æonus.
(2) Tegea urbs Arcadiæ.
(3) Mantinea Arcadiæ civitas et ipsa.
(4) Epinicium scilicet a νίκη victoria dictum.

Κελαδησόμεθα, βροντᾶ καὶ πυρπάλαμον βέλος
Ὀρσικτύπου Διὸς γ', ἐν ἅπαντι κράτει
Αἴθωνα κεραυνὸν ἀραρότα·
Χλιδῶσα δὲ μολπὰ πρὸς κάλαμον
Ἀντιάξει μελέων,

Σ. ἐ. Κ. ή.

Τὰ παρ' εὐκλεῖ Δίρκᾳ χρόνῳ μεν φάνεν·
Ἀλλ' ὡς τε παῖς ἐξ ἀλόχου πατρὶ
Ποθεινὸς ἥκοντι νεότατι
Τὸ πάλιν ἥδη, μάλα δέ τοι θερ-
μαίνει φιλόταυνι νόον·
Ἐπεὶ πλοῦτος ὁ λα-
χὼν ποιμένα ἐπακτὸν ἀλλότριον,
Θνάσκοντι στυγερώτατος·

Α. ἐ. Κ. ή.

Καὶ ὅταν, καλὰ ἔρξαις, ἀοιδᾶς ἄτερ,
Ἀγησίδαμ', εἰς Ἅιδα σταθμὸν
Ἀνὴρ ἵκηται, κενεὰ πνεύσας,
Ἔπορε μόχθῳ βραχύ τι τερπνόν.
Τὶν δ' ἀδυεπὴς τε λύρα
Γλυκύς τ' αὐλὸς ἀνα-
πάσσει χάριν· ἔχοντι δ' εὐρὺ κλέος
Κόραι Πιερίδες Διός.

Ε. ἐ.

---

brabimus, tonitru, rubenteque dextra missum telum gravistrepi Jovis, ardens fulmen omni victoriæ aptatum. Suavis autem tibiæ respondebit modulatio carminum,

[*Str.* 5.] quæ apud inelitam Dircen postea prodierunt. Sed ut filius ex uxore patri gratus est ad juventutis jam contrariam metam provecto, maximeque incendit amore animum; quandoquidem divitias accipere dominum adscititium alienum, morienti tristissimum sit:

[*Ant.* 5.] sic, si cui rebus pulcre gestis absque carmine, Agesidame, ad Plutonis limen sit abeundum, inaniter postquam laboravit, brevem non laboris fructum consequitur. Tibi vero dulcisonaque lyra dulcisque tibia adfundit decus, præbentque amplam gloriam filiæ Pierides Jovis.

Nunc lætus hymnum; nunc tonitruum canam
Manuque tortum missile
Rubente Patris, cum tremendo murmure
Et igne, quid possit, monet;
Et delicata temperabo vividam
Ad tibiæ vocem melê,
Quæ sera nimium prodiêre ad inclytam
Dircen (1) in oras luminis.
Verum parenti quam süavis est puer,
Quem tarda conjux edidit
Primæ senili jam reversuro vice
Ad carceres puertiæ!
Quæ vis amoris pectus urit et novo
Dulcedinis sensu beat!
Opum redundans copia externi male
Itura in hæredis domum
Orbo propinquum funeri tristissima
Acerbat ægrimonia;
Et ille, Agêsidême, qui pulcherrimis
It dives actis, carminum
Si luce cassus posterâ descenderit
Ad limen Orci, inaniter
Spiravit, et laboris exiguum sui
Fugaxque cepit gaudium.
O te beatum, dulce cui sonans lyra,
Et acre flamen tibiæ,
Jovisque Musæ filiæ adspergunt simul
Æterni honoris gratiam!

(1) Dirce fons Thebanus a Dirce Lyncei Thebarum Regis uxore dictus, qui loco Thebes ponitur

Ε. ί. Κ. Θ'.

Ἐγὼ δέ, συνεφαπτόμενος σπουδᾷ,
Κλυτὸν ἔθνος Λοκρῶν ἀμφέπεσον, μέλιτι
Δ' εὐώνορα πόλιν καταβρέχων, παῖδ' ἐ-
ρατὸν δ' Ἀρχεστράτου αἴνησα· τὸν εἶδον
Κρατέοντα χερὸς ἀλκᾷ, βωμὸν παρ' Ὀλύμπιον,
Κεῖνον κατὰ χρόνον γ', ἰδέᾳ τε καλὸν
Ὥρᾳ τε κεκραμένον, ἅποτ' ἀν-
αιδέα Γανυμήδει τὸν πότμον ἄ-
λαλκε, σὺν Κυπρογενᾶ.

ΠΙΝΔ.

[*Epod.* 5.] Ego autem comitatus eas studiose claram gentem Locrorum amplexus sum, melleque viris-insignem urbem irrigans, filium amabilem Archestrati laudavi; quem vidi vincentem manus robore aram apud Olympicam, illud circa tempus formaque pulcrum floridaque ætate constitutum, quæ avidam a Ganymede mortem propulsavit auxilio Veneris.

Digitized by Google

Harum ipse solers additus curis comes
Sum Locridos gentem meo
Amplexus hymno, et fortibus lætam viris,
Ceu rore mellis, irrigans
Urbem, venusto justa laudis præmia
Archesttati Nato dedi,
Præstante manuum quem vigere Olympicam
Conspexi ad aram robore,
Formâ illâ et ævi flore in illo, quo favens
Cypris juventæ ab aureo
Ganymede mortis inverecundæ procul
Avertit impudentiam.

OLYMPICÆ UNDECIMÆ

ARGUMENTUM.

PErsequitur Pindarus Agesidemi laudes et Locrensis patriæ artificio sane simplici et apto, quod est hujusmodi. Nautis plurimum sunt venti utiles, agris utiles imbres sunt, nec minus prosunt suaviloqui viris fortibus hymni. Victoriæ enim egent carminibus, quibus earum memoria ad posteros protendatur. Imprimis autem victoria Olympica, quæ præstat ceteris virtutesque magnas heroicas nempe completitur. Invidia major laus est, quæ Victorem canit Olympicum, et illi, tanquam thesaurus, servata est et recondita. Quare palmas Olympiæ ei solum celebrare licet, qui divino munere hujusce laudis ornandæ facultatem habet. Ingenii ad hanc satis apti sibi conscius poeta Archestrati filio ardente properatum lingua instruit hymnum, qui strenuo pugili aureæ decus oleæ novo cingat ornamento, et Locros simul Epizephyrios, qui juxta Zephyrum oppidum in colonia Itala siti sunt, diffuso per omnes urbes nomine clariores reddat. Musas ideo statim orat, ut secum eo ferri velint, et festam instituere choream apud populum, qui minime repellit hospites, qui honesta amat facinora, sapientia summa pollet et bellica fortitudine. Mutavit populus calum, non tamen animum, quamvis alio translatus sit. Primigena enim ipsi manet indoles, ut astutæ vulpi et imperiosis leonibus nunquam ingeniti mutantur mores.

OLYM-

ΠΙΝΔ. ΟΛΥΜΠ.

εἶδος ιά.

ΤΩΙ ΑΥΤΩΙ ΑΓΗΣΙΔΑΜΩΙ

Τόκος.

Σ. ά. Κ. ς'.

Ἔστιν ἀνθρώποις ἀνέμων ὁτὲ πλεῖστα
Χρῆσις· ἔστιν δ' οὐρανίων ὑδάτων
Ὀμβρίων, παίδων Νεφέλας.
Εἰ δὲ σὺν πόνῳ τὶς εὖ πράσσοι, μελιγάρυες ὕμνοι
Ὑστέρων ἀρχαὶ λόγων, τέλλεται
Καὶ πιστὸν ὄρκιον μεγάλαις ἀρεταῖς.

A. ά. Κ. ς'.

Ἀφθόνατος δ' αἶνος Ὀλυμπιονίκαις
Οὗτος ἄγκειται. Τὰ μὲν ἀμετέρα
Γλῶσσα ποιμαίνειν ἐθέλει.
Ἐκ Θεοῦ δ' ἀνὴρ σοφαῖς ἀνθεῖ ἑτοῖ πραπίδεσσιν.
Ἴσθι νῦν Ἀρχεστράτου παῖ, τεᾶς,
Ἀγησίδαμε, πυγμαχίας ἕνεκεν

E. ά. Κ. ι.

Κόσμον ἐπὶ στεφάνῳ χρυσίας ἐλαίας

Ἀδυ-

OLYMP. XI.

[*Str.* 1.] Est hominibus ventorum nunc plurimus usus, nunc plurimus item cœlestium aquarum, pluviarum filiarum Nubis. Si quis vero in laborioso certamine felix fuerit, suaves hymni laudum apud posteros caussæ; orituruque fidum pignus magnis virtutibus,

[*Ant.* 1.] ingens vero hæc laus Olympionicis reposita est. Id quidem nostra lingua moderari, procurare tibi] cupit. Divinitus enim sapienti quisque floret pectore. Scito nunc, Archestrati fili, tui, Agesidame, pugilatus caussa

[*Epod.* 1.] ornamentum [hymni], de corona aureæ oleæ, dulcisonum accinam,

Epi-

OLYMPIA.

EIDEM AGESIDEMO.

ODE ALCAICA XI.

SUnt certa venti commoda, sunt aquæ,
Quæ manat alto filia nubium
Fecunda cælo; sed virorum
Suavidici recreant secundos
Hymni labores, posteræ originem
Cum famæ apertam fortibus offerunt,
Magnisque juraro fideles
Fœdere consociantur actis.
Livoris (1) umbram nescit, et inclytos
Lux ista laudis sacrat Olympiæ
Æterna Victores. Merenti
Ferre viro mea gestit ardens
Hoc lingua munus. Nam vigor (2) ab Deo
Srat usque florens vatibus. En tibi,
Archestrari proles, repono
Aonium pugili canorem,
Novoque olivæ nunc decus aureæ

(1) Potest quidem delere imagines, et statuas illustribus erectas viris invidia evertere, sed gloriam commendatam hymnis evellere ex hominum animis nequaquam potest.

(2) Quidquid hominibus præclari inest, a Deo proveni, poetis præsertim, quæ cælesti flatet instinctu, quamque Pindarus ab ipso Deo se accepisse testatur.

Ἀδυμελῆ κελαδήσω, τῶν Ἐπι-
ζεφυρίων Λοκρῶν γωσιὰν ἀλίγων.
Ἔνθα συγκωμαξατ', ἐγγυάσομαι
Μή μιν, ὦ Μοῖσαι, φυγώξενον στρατὸν,
Μηδ' ἀπείρατον καλῶν,
Ἀχρόσοφον δὲ καὶ αἰχματὰν, ἀφίξεσθαι. Τὸ γὰρ
Ἐμφυὲς οὔτ' αἴθων ἀλώπηξ
Οὔτ' ἰρίβρομοι λέοντες
Διαλλάξαντο ἦθος.

ΠΙΝΔ.

Epizephyriorum Locrorum gentem curans. [in laudum partem vocando.] Eo una choream instituite, o Musæ! spondebo, vos non ad eam, ceu hospites-fugantem populum, neque imperitum egregiorum facinorum, at persapientem et bellicosum esse venturas. Nam ingenitos neque fulva vulpes neque graviter-rugientes leones mutaverint mores.

Honore tollo grande sonans simul
Locrensium nomen. Camænæ,
Ite statim, properate festas
Illic choreas ducere. Spondeo,
Non vos ituras ad populum hospites
Vultu fugantem, vel bonarum
Indocilem vacuumque rerum,
Summâ sed auctum vi Sophiæ et manu
Præstantem in armis. Nam, neque cæsiam
Ars nota vulpem, nec frementes
Deserit ingenium leones.

OLYMPICÆ DUODECIMÆ

ARGUMENTUM.

ERgoteles Philanoris filius Cretensis Olympiade septuagesima septima cursu longo duodecim, ut quidam putant, vel juxta Suidam viginti quatuor stadiorum gloriose emenso Olympiæ palmam retulit, et Himeræum se civem jussit a Præcone publicari. Nam dissidiis in Gnossia patria vigentibus Himeram profugit Siciliæ urbem, ubi civitate donatus concitatas ab Hierone et Gelone turbas sua prudentia sedavit. Non multo post certaminum studio incensus ludos primum Pythios et Isthmiacos adiit, in quibus coronatus est Victor. Eleum deinde pulverem experiri voluit Athleta, et ab eo voti compos discessit. Hanc victoriam nunc celebrat Pindarus divinæ Providentiæ Jovis filiæ necopinatam Ergotelis totam tribuens felicitatem. Fortunæ enim nomine ipsam summi Numinis administrationem exhibet, qua eventus omnes terra marique cum tristes, tum læti sapientissimo diriguntur consilio. Navigationes, bella, conciones ab ea solum pendent, nec temere fiunt, ut stultum putat vulgus. Ignorant homines occultæ illius causæ vias, cum aliud sperent, et aliud sibi accidere videant contra spem, ut exemplorum plena vetustas docet et quotidiana comprobat experientia. Providentiam igitur regentem omnia vates invocat ad Jovem Eleuthcrium in Græcia cultum conversus, ut novam Victoris patriam Himeram a tumultu omni liberam servet, quemadmodum servavit Ergotelem mutato in lætitiam et honorem exilio. Quæ enim Philanoris filio damnosa videbatur fore soli natalis in alienum mutatio beneficentia Numinis iter illi ad gloriam stravit. Nisi orta inter cives seditio illum Gnossia pepulisset ex patria, instar galli gallinacei in suo sterquilinio pugnantis, obscurum prælium commisisset cum illis domi, nec Olympicæ victoriæ decus velocitate pedum sibi partum Pythiæ et Isthmiæ addidisset victoriæ. Coronato itaque

Ergo-

Ergoteli gratulatur Pindarus, quod prospera, quæ minime expectabatur, sorte divinitus potitus sit, et celebres Herculi per Siciliam Geryonis boves agenti elicitas a Nymphis Thermas, ut in illis lotus fessas vires recolligeret, Thermas inquam Himeræ, urbem ipsam videlicet in nobili sui parte expressam, sua gloria Victor illustrarit. Præstat gravem hanc et sapientiæ plenam Oden cum eæ comparare, quæ juxta Sanadonem tricesima sexta est inter Odas Horatii, ut, quantum Pindarico exemplari Horatiana imitatio pulcritudine sit inferior, sedula contentione facta possit intelligi. Non enim semper, ut optimus scribendi sensus postulat, suam Horatius ibi sustinet dignitatem.

Digitized by Google

ΠΙΝΔ. ΟΛΥΜΠ.

εἶδος ϛ'.

ΕΡΓΟΤΕΛΕΙ ΙΜΕΡΑΙΩ

δολιχοδρόμῳ.

Σ. ά. Κ. Θ'.

Λίσσομαι, παῖ Ζηνὸς Ἐλευθερίου,
Ἱμέρᾳ εὐρυσθενεῖ ἀμ-
φὶ πόλει, Σώτειρα Τύχα.
Τὺν γὰρ ἐν πόντῳ κυβερνῶνται θοαὶ
Νᾶες, ἐν χέρσῳ τε λαιψηροὶ πόλεμοι,
Κἀγοραὶ βουλαφόροι. Αἴ γε μὲν ἀνδρῶν
Πόλλ' ἄνω, ταὶ δ' αὖ κάτω
Ψεύδη μεταμώνια τέμνοι-
σαι, κυλίνδοντ' ἐλπίδες.

Α. ά. Κ. Θ'.

Σύμβολον δ' οὔ πώ τις ἐπιχθονίων
Πιστὸν ἀμφὶ πράξιος ἐσ-
σομένας εὗρεν θεόθεν·
Τῶν δὲ μελλόντων τετύρλωνται φράδαι.
Πολλὰ δ' ἀνθρώποις παρὰ γνώμαν ἔπεσεν,
Ἔμπαλιν μὲν τέρψιος. οἱ δ' ἀϊαραῖς
Ἀντικύραντες ζάλαις,

Ἔστλόν

OLYMP. XII.

[*Str.* 1.] Supplico, filia Jovis Liberatoris, Himera potentissima pro urbe, Servatrix Fortuna. A te enim in mari gubernantur veloces naves, in terraque rapida bella concionesque deliberatoriæ. [Et tuo numine] aliæ hominum sæpe sursum, aliæ vero deorsum, mendacia vana persequentes, volntantur spes.

[*Ant.* 1] Signum vero nondum aliquis terrestrium certum de re futura invenit divinitus; sed in futuris cæcutiunt mentes, multaque hominibus præter opinionem ca-

OLYMPIA.

ERGOTELI HIMERÆO.

LONGIORE CURSU.

ODE ALCAICA XII.

TE dulce Patris germen (1) Eleutherî,
Fortuna, supplex invoco, ut Himeræ
Late potentem (2) sospitali
Sustineas ope fortis urbem.
Citæ reguntur Numine nam tuo
Pinûs in undis, et subitæ solo
Pugnæ, volutantesque magna
Consilio graviore cætûs.
Mendacia æstu vana volubili
Sursum deorsum spes hominum secant
Urgentque votis. Quippe certum
Nullus adhuc, renuente cælo,
Signum fututi reppetit. Illius
Cæcis negatæ sunt oculis notæ,
Contraque mentem sæpe multi
Luctiferos subiere casûs.
Injuriosis triste alii nimis
Acti procellis turbineam breve

Videre

(1) Victis Persis ad Plataeas Athenienses Jovi Eleutherio erexere templum et ludos instituere honori ejus, quod libertatem servaverit universæ Græciæ. Sed a Siculis etiam sub hoc nomine cultus Juppiter fuit.

(2) Fortuna enim antea Ergotelem a Creticæ tumultu patriæ, et Himeram a dissidiis principum liberaverat.

Ε'σλὸν βαθὺ πήματος ἐν μι-
κρῷ πεδάμειψαν χρόνῳ.

Ε. ά. Κ. ί.

Τιὲ Φιλάνορος, ἤτοι καὶ τεά κεν,
Ἐνδομάχας ἄτ' ἀλίκτωρ,
Συγγόνῳ παρ' ἑστίᾳ
Ἀκλεὴς τιμὰ κατεφυλλορόησε ποδῶν·
Εἰ μὴ στάσις ἀντιάσειρα
Κνωσίας ἄμερσε πάτρας.
Νῦν δ' Ὀλυμπίᾳ στεφανωτάμενος,
Καὶ δὶς ἐν Πυθῶνι Ἰσθμοῖ τ', Ἐργότελες,
Θερμὰ Νυμφᾶν λουτρὰ βαστάζεις, ὁμιλέ-
ων παρ' οἰκείαις ἀρούραις.

ΠΙΝΔ.

---

cadunt contraria gaudio. At qui in molestas inciderunt procellas, bono ingenti malum brevi permutarunt tempore.

[*Epod.* 1.] Fili Philanoris, certe et tua, intus pugnantis ceu galli, paterna in domo, ingloria virtus emarcuisset pedum; nisi seditio, civem cum cive committens, Gnossia te privasset patria. Nunc vero Olympiæ coronatus, et bis Pythone, in Isthmoque, Ergoteles, calida Nympharum balnea [Himeram] effers [celebrem reddis] habitans [ibi] in patriis agris.

Videre post tempus solutam
Lætitiâ superante cladem.
Ipse, ipse forti nate Philanore,
Latente pugnans ales (1) ut angulo
Domi jaceres tectus umbrâ,
Atque tuis inhonora plantis,
Instar caducæ frondis ab arbore,
Emarcuisset gloria, Gnossio
Ni te virorum concitatrix
Seditio pepulisset arvo.
Nunc luce Pisæ cinctus et Isthmiâ,
Ortâque Delphis, Ergoteles, levas
Ad astra Nympharum (2) calentes,
In patria (3) velut urbe, lymphas.

(1) Rerpicit poeta priscum morem, quo Gallorum certamina solemniter Græco populo exhiberi solebant.

(2) Adscribuntur Nymphis Thermæ, quas Herculi Pallas elicuisse vulgo fertur, ut Geryonis boves agentem, et ab itinere lassum refrigerarent.

(3) Ab Himeræis Victor civitatis jure ob præclara merita donatus fuit.

OLYMPIÆ DECIMÆ TERTIÆ

ARGUMENTUM.

Xenophon Corinthius septuagesima nona Olympiade Cursu et Quinquertio Victor splendide hic celebratur a Pindaro. Hymni forma quasique facies hæc est. Sistitur primum laudaturque Xenophontis familia, quod triplicis honore victoriæ benignum suum erga cives animum et exteris hospitalem in novam lucem eduxerit; patria deinde ejusdem graphice pingitur iis coloribus, quibus Pindarus solet speciosa promens miracula. Corinthus enim illi non hominum solummodo, sed Deorum sedes est. Habet enim in ea Neptunus suæ Regiæ vestibulum, et amabilium Venus puellarum hortum. Corinthi regimen in manu Themidis est, quæ dat optima populo consilia. Adsident Divæ lateri illustres ejus filiæ ministræ hominibus divitiarum. Statuit leges Eunomia, tranquillitatem Dice et Irene concordiam. Hæ Principes urbium Insolentiam Luxus filiam et Fastidii matrem longe avertere student civibus, ne felici nimis saturati fortuna affecteut aliam audaces, quæ Reipublicæ statum convellat. Horæ porro Floræ comites, quatuor nempe anni tempora, Corinthiis Aletæ posteris victoriarum decus plurimarum dedere, et inventa pulcherrima antiquitus inspirarunt, Bacchicam nimirum saltationem, instrumenta domandis equis regendisque curribus, geminas Templis aquilas, Poesim demum et Musicam et heroica Martis studia. Laudata Corintho redit Pindarus ad Victoris gentem, memoratque rite prius apprecatus Jovem non recentes tantum Xenophontis victorias, sed duas quoque Isthmias duasque Nemeæ et Olympicam Thessali patris, duas ejusdem Delphis, tres Atticas, in Hellotiis certaminibus septem, et Isthmiam Ptæodori avi ejusque fratris Therpsiæ et Eritimi nepotis, aliasque multas illius ornamenta familiæ. Post hanc victoriarum prædicationem cum privatæ gloriæ consocians publicam majores Corinthi celebrat,

lebrat, quorum virtutes æmulatus Xenophon se dignum præbuit, qui inter illos annumerari posset. Nam ego certe credo patriæ coronas, solertiam Sisyphi, ducum vim et ardorem Glauci, generosam Medeæ audaciam et inclyti Bellerophontis labores astitisse Victoris animo in Olympica arena, et Neptunum in primis Corinthi præsidem atque Venerem, cui, teste Athenæo, votum fecerat, si vicisset, præsenti numine ad certandum stimulos admovisse. Quid vivida autem imaginandi facultate honoris addere poeta poterat amplius existimationi illi, quam sibi talis tantusque Victor, quasi vir cælestis, apud omnes Græcos conciliarat? Comparatio iis proposita ad contemplandum Xenophontis hinc, antiquorum illinc Heroum, nonne maximæ et amplissimæ laudis instar erat plus intelligendum relinquens, quam dixisset? Quis enim in fortissimis præcipue ducibus, qui partim in Græco exercitu, in Trojano partim pugnabant propter Helenam, et in avo Glauci Bellerophonte domitore Amazonum, Chimæræ exstinctore, et Solymorum debellatore teterrimo operte ac symbolice expressam non videat Corinthii Athletæ fortitudinem? Ex Oligathi stirpe atque Tribu ille erat, neque degener esse poterat inter victorias suæ gentis, quæ arenæ maris prope numerum æquabant. Eas itaque, collocato inter astra Pegaso, singillatim recenset Pindarus, novasque in posterum se cantaturum sperat favente natali Genio et Jove, ac Marte Olygæthicæ patrono Tribus prosperum secundantibus exitum in ancipiti contentione virtutis. Claudit tandem hymnum precatione brevi, qua a Jove, non jam sibi, ut male quidam arbitrantur Interpretes, sed Oligæthidis auctoritatem et honorem inter cives cum vitæ felicitate deposcit.

Materia hymni breviter et strictim exposita, juvat nunc duas præcipue poetæ digressiones considerare, quæ nonnullis plus æquo longæ atque intemperantes videri possunt. Exultat ille in prima et excurrit in Corinthi laudes, amœnitatem ejus prædicans, muliebrem venustatem, divinum regimen, divitiarum copiam, honores victoriarum, nova rerum inventa, pacis et belli artes, et viros consilio, animo et invicta eminentes bellandi gloria; in altera vero totam libere et effuse persequitur

Bellerophontis historiam. Hunc juxta fontem Pirenem videndum præbet, dum tentat anxius modis omnibus et labore plurimo superbum et intractabilem sibi equum subdere, sed frustra. Conatus tamen Viri non diu patitur esse inanes Pallas, quæ manifesta in somnis ipsi apparet, et blanditer allocuta dormientem frenum aureum capere jubet cæleste munus, quod illa prope lectum deposuit. Ipse autem somno excussus e toro statim exilit, et ad Augurem patrium Poliydum Cerani filium accurrens prodigiosum narrat eventum, et Divæ Virginis jussa. Parere prompte et Neptuno primum, equestri deinde Palladi sacrificare hortatur Auguris divina vox. Sacra igitur rite peragit Bellerophon, et adjuvante Diva lenimentum iræ circa feri quadrupedis maxillas admovens mitigat impetum, in dorsum insilit, et æreis instructus armis audacter incipit præludia belli. Jam frigidi cæli feminas alato vectus equo profligat, jam belluam opprimit spirantem flammas et ferocem Solymorum exercitum plane dissipat et disperdit. Sic Pindarus nobilissimas digressiones colorat eo gratiores futuras Corinthi civibus, quo longiores essent. Clara patria claros cives efficit clarique cives nobilitant patriam. Hinc illam ex instituto una cum Victore publicabat Præco semper, ut superbi particeps ipsa quoque honoris esset cum filio. Præterire itaque patriam poeta nullo modo poterat in extollendo Victore, nec illam, ut decebat, memorare, quin ejus dotes eximias referret, tanquam causas adeptæ effectrices victoriæ. Cum autem quisque Græcorum populus suarum primos conditores urbium, familiarum auctores, viros belli domique celebres, et Deos Deasque custodes Reipublicæ audire a poetis soleret quam libentissime, nihil aptius jucundiusque afferri Corinthiis potuit a Pindaro, quam patriæ et Heroum ejus optatissimum acroama, Bellerophontis præsertim, cujus facta vel miracula potius totam Græciam fama impleverant. Nam hujusmodi prædicatione eum Corinthi ostendebatur Græcis præstantia, tum Xenophontis honor a tali patria celebratisque viris novum dignitatis accipiebat splendorem. Quare tantum abest, ut reprehendi in hac parte possit Pindarus, ut immo maxime a sapientibus laudari debeat, quod vetustam majorum gloriam

cum recente Xenophontis conjunxerit, liberius quidem, ut ardentis impetus volebat ingenii, sed ita tamen, ut ad Victorem et Oligæthidas ab incitato longoque cursu sapienter et opportune rediret. Prolixæ enimvero narrationes sunt, sed Lyrici furoris propriæ, ab argumento deductæ et colligatæ cum illo, mira imaginum Varietate illustres, atque ipsa prolixitate sua magnam augentes in omnium animis voluptatem.

OLYM-

Digitized by Google

ΠΙΝΔ. ΟΛΥΜΠ.

εἶδος ιγ'.

ΞΕΝΟΦΩΝΤΙ ΚΟΡΙΝΘΙΩ

σταδιεῖ δρόμῳ καὶ πεντάθλῳ.

Σ. ά. Κ. ιά.

Τρισολυμπιονίκαν ἐπαινέων
Οἶκον, ἄμερον ἀστοῖς,
Ξένοισι δὲ θεράποντα, γνώσομαι
Τὰν ὀλβίαν Κόρινθον, Ἰσθμίου
Πρόθυρον Ποτειδᾶνος, ἀγλαόκουρον.
Ἐν τᾷ γὰρ Εὐνομία ναίει, κασίγνηταί τε, Δίκα, πολίων
Ἀσφαλὲς βάθρον, καὶ ὁμόφρονος Εἰράνα, ταμίαι
Ἀνδράσι πλούτου, χρύσειαι
Παῖδες εὐβούλου Θέμιτος·

Α. ά. Κ. ιά.

Εὐθέλοντι δ' ἀλεξεῖν Ὕβριν Κόρου
Μητέρα θρασύμυθον.
Ἔχω καλά τε φράσαι, τόλμα τέ μοι
Εὐθεῖα γλῶσσαν ὀρνύει λέγειν.

Ἄμα-

OLYMP. XIII.

[*Str.* 1.] Ter-Olympiis-victricem laudans domum, benignam civibus, hospitesque colentem celebrabo beatam Corinthum, Isthmii vestibulum Neptuni, juvenibus-florentem. In hac enim Eunomia habitat sororesque, Justitia, urbium firmum fundamentum, et concors Pax, dispensatrices hominibus divitiarum, aureæ filiæ beneconsulentis Themidis.

[*Ant.* 1.] Student autem arcere Insolentiam Fastidii matrem verbis-audacem. Habeo et præclara loqui, et audacia mihi recta linguam incitat ad dicendum. Difficile vero

OLYMPIA.

XENOPHONTI CORINTHIO.

CURSU ET QUINQUERTIO.

ODE PYTHIO-JAMBICA XIII.

DUm ter Olympiaco victricem in pulvere gentem,
Suis benignam civibus,
Hospitibusque simul facilem nunc laudibus otno,
Beante lætam copiâ,
Atque puellari ridentem flore Corinthon,
Prælustre limen Isthmii
Neptuni resonabo libens spargente coruscam
Ubique cantu gloriam.
Hic sedem tenet Eunomiê, fidæque sorores,
Vis urbium princeps Dicê,
Irênêque una concors, sapientibus almæ
Opum ministræ gentibus,
Aurea progenies Themidos, cui candida recti
Lux adstat usque consilî.
Est illis curæ nimirum arcere procacem
Surgentis Insolentiam
Fastidî matrem, ne sortis plena secundæ
Stulto alteram voto petat.
Multa mihi ante oculos sistunt se splendida facta,
Quæ grandibus tollam modis,
Justaque perculsam miranti audacia linguam
Accendit et cogit loqui.

Haud

Haud ulli innatos motûs et semina morum
Celare mortali darum.
Vobis, Herculei fortissima germina (1) Alêtis,
Vernante florum gratiâ
Pictæ (2) Horæ pallas sacrorum sæpe renidens
Dedêre ludorum decus,
Quod debellato certantum summa virorum
Ab hoste virtus rettulit.
Multæ etiam vestris antiquitus afflavere
Illæ reperta mentibus,
Quæ vos attollunt cælo. Nam tota recentis
Laus ambit aucrores Boni.
Unde chori species festi Bacchæa (3) sonoro
Cum Dithyrambo prodiit
Donarura bovem Victoribus? Illa quis artis
Equestris arma curribus
Flectendis et equis certo moderamine solers
Aptos in usûs extulit?
Quisve Deum remplis fastigia summa tenentem
Utrinque pinnis alitum
Imposuit regem (4)? Musa hic viget inclyta, gratis
Quæ mella spirat cantibus:
Mars hic herôo per tela ruentis et hostes
Floret juventutis globo.
Altitonans, supreme Pater, qui cuncta moventc
Olympiam nutu regis,
Obsequii plenum aversâ ne, Juppiter, aure,
Ne sperne narrantis sonum;

(1) Aletes a stirpe Herculis trigesimo anno a Dorieusium adventu in Isthmo Corinthi regnavit.
(2) Horæ Hesiodo sunt Themidis filiæ, eædem illæ, quas Pindarus supra memoravit, quasque hic pro Tempore adhibet tempori tribuens, quod in tempore factum est.
(3) Dithyrambus, referente Scholiaste, genus fuit saltationis, in quo Victori bos dabatur.
(4) Aut aquila pro fastigio in Templis fuit, aut in area fastigii expressa, ut Heynius putat.

Καὶ τόνδε λαὸν ἀβλαβῆ νέμων,
Ξενοφῶντος εὔθυνε δαίμονος οὖρον·
Δέξαι δὲ οἱ στεφάνων ἐγκώμιον τε-
θμὸν, τὸν ἄγει πεδίων
Ἐκ Πίσας, πεντάθλῳ ἅμα
Σταδίου νικῶν δρόμον· οὐκ
Ἀντιβόλησεν τῶν ἀνὴρ
Θνατὸς οὕτω τὶς πρότερον.

Α. β'. Κ. ιά.

Δὺο δ' αὐτὼν ἔρεψαν πλόκοι σελί-
νων ἐν Ἰσθμιάδεσσιν
φανέντα· Νεμέα τ' οὐκ ἀντιξοεῖ.
Πατρὸς δὲ Θεσσαλοῦ ἐπ' Ἀλφεοῦ
Ῥείθροισιν αἴγλα ποδῶν ἀνάκειται·
Πυθοῖ τ' ἔχει σταδίου τιμὰν διαύλου
Θ', ἁλίῳ ἁμφ' ἑνί· μη-
νός τε οἱ τωὐτοῦ κραναοῖς
Ἐν Ἀθάναισι τρία μὰν
Ἔργα ποδαρκὴς ἁμέρα
Θῆκε κάλλιστ' ἀμφὶ κόμαις·

Ε. β'. Κ. ιά.

Ἑλλώτια δ' ἑπτάκις. Ἐν
Δ' ἁμφιάλοισι Ποτειδᾶνος τεθμοῖσιν

Πτοιο-

---

tempus omne, Juppiter Pater, huncce populum incolumem servans, Xenophontis dirige fortunæ auram. Accipe etiam ejus coronarum laudatorium carmen, quod reportat campis ex Pisæ in quinquertio, simul stadii vincens cursu. Non consecutus est hæc mortalis unquam aliquis antea.

[*Ant.* 2.] Duoque ipsum texerunt plicamenta apii in Isthmiadibus prodeuntem, neque Nemea refragantur. [in Nemeis idem evenit.] Patris autem Thessali ad Alphei fluenta decus pedum repositum est; [cursus memoria consecrata est;] Delphisque reportavit stadii victoriam diaulique sole uno; menseque ipsi eodem asperis Athenis tria sane laborum præmia velox dies circumdedit pulcherrima comis.

[*Epod.* 2.] In Hellotiisque septies. In mari-cinctis [Isthmiis] autem Neptuni certa-

Perpetuoque tuens cives, ne noxia lætis
Procella turbet otium,
Dirige divino Xenophontis flamine sortem;
Hymnumque ridens excipe
Eximias meritâ decorantem luce coronas,
Quas ille Pisæis refert
E campis stadii cursor spectandus, et îdem
Quini (1) laboris arduo
In nisu Victor, qualis volventibus ullus
Haud ante visus seculis.
Isthmiacis etiam in pugnis stetit ille, sibique
Flavum decenter nexili
Bis apio crinem cinxit, Nemeamque secundis
Haud sensit adversam ausibus.
Alphêas decor ille pedum manet altus ad undas,
Quo Thessalus fulsit pater;
Perstat honor stadii pariter, duplicatus et ille
Per arcta Pythûs æquora
Sole uno cursus. Mense insuper ales eodem
Palæstrâ in Atticâ dies
Ollî magnificæ induxit tria præmia laudis,
Pulcherrimum lumen comæ,
Et septemgeminum dilecto (2) Hellotia munus
Minerva Victori tulit.
At bimari Pteodôrus avus bellator arenâ,
Fratrique consors Terpsias,

(1) Nemo Olympia stadio, et quinquertio vicit hactenus uno die.

(2) Corinthi in Minervæ Hellotidis certaminibus.

Πτοιοδώρῳ σὺν πατρὶ μακρότεραι
Τερψίχᾳ θ' ἕψονθ' Ἐριτί-
μῳ τ' ἀοιδαί. ὅσσα τ' ἐν Διλ-
φοῖσιν ἀριστεύσατε,
Ἠδὲ χόρτοις ἐν λέοντος,
Δηρίομαι πολίταν
Περὶ πλήθει καλῶν· ὡς μοὶ σαφὲς
Οὐκ ἂν εἰδείην λέγειν
Ποντίαν ψάφων ἀριθμόν.
Σ. γ'. Κ. ιά.
Ἕπεται δ' ἐν ἑκάστῳ μέτρον· νοῆ-
σαι δὲ καιρὸς ἄριστος.
Ἐγὼ δὲ ἴδιος ἐν κοινῷ σταλεὶς
Μῆτίν τε γαρύων παλαιγάνων
Πόλεμόν τ' ἐν ἡρωΐαις ἀρεταῖσιν
Οὐ ψεύσομαί σφιν Κορίνθῳ. Σίσυφον μὲν
Πυκνότατον παλάμαις,
Ὡς Θεόν· καὶ τὰν πατρὸς ἀν-
τία Μήδειαν θεμέναν
Τὸν γάμον αὐτᾷ, ναῒ σώ-
τειραν Ἀργοῖ καὶ προπόλοις.
Α. γ'. Κ. ιά.
Τὰ δὲ καί ποτ' ἐν ἀλκᾷ πρὸ Δαρδάνου

Τειχέ-

---

certaminibus, Ptoeodoro cum patre, longiora Terpsiamque comitabuntur Eritimumque carmina. Quoties etiam Delphis vicistis, inque saltu leonis. [Nemeæ.] Certo cum multis de multitudine in his præclare gestorum; ut sane liquido non norim recensere marinorum calculorum numerum.

[*Str.* 3.] Stat vero suus cuique rei modus, quem opportune intelligere optimum est. Quin ego privatus [privati hominis laudandi caussa] progressus, publice prudentiamque laudando majorum, bellumque heroica virtute [gestum] non mentiar de Corintho. Sisyphum quidem solertissimum artificiis ut Deum; et patre invito parantem nuptias sibi Medeam, navis servatricem Argys et vectorum:

[*Ant.* 3.] altera vero ex parte olim fortiter ante Dardani muros visi sunt in

utram-

Et satus hinc Heros Eretîmus agente remotum
Ibunt in ævum carmine.
Quam præcellenti nituistis robore Delphis,
Leonis et septo in loco!
De decorum turbâ, quæ vos inde orta coronat,
Pugnabo cum multis libens,
Nec referam fando, ignarus numerare volutum
Æstûs marini pulverem.
Sed suus in rebus modus est, quem tempore nosse
Sagacis est virtus sophi.
Hinc ego, qui privâ sum laude evectus in altum,
Nunc publicâ ferar sonans
Vestrorum mentem proavûm, diamque cruenta
Per arma fortitudinem;
Nec blanda adspergam fallax mendacia vates
Veris Corinthi laudibus.
Sisyphus ille mihi cælesti pectore et astu
Mortalibus cunctis novo,
Ceu Numen, radiat: rident connûbia magna,
Quæ turbido obsistens patri
Instruxit Medea sibi, fidissima custos
Nautarum et Argûs sospita:
Dardanios porro ad muros discordibus adstant
Interriti castris duces.

Τειχέων ἐδόκησαν
Ἐπ' ἀμφότερα μαχᾶν τέμνειν τέλος·
Τοὶ μὲν, γένει φίλῳ σὺν Ἀτρέως,
Ἑλέναν κομίζοντες· οἱ δ' ἀπὸ πάμπαν
Εἴργοντες· ἐκ Λυκίας δὲ Γλαῦκον ἐλθόν-
τα τρόμεον Δαναοί.
Τοῖσι μὲν ἔξυχε τ', ἐν ἄ-
στει Πειράνας σφετέρου
Μὲν πατρὸς ἀρχὰν καὶ βαθὺν
Κλᾶρον ἔμμεν καὶ μέγαρον,
Ε. γ'. Κ. ἰά.
Ὅς τᾶς ὀφιώδεος ὑι-
ὸν ποτε Γοργώνος, ἢ πόλλ' ἀμφὶ κρουνοῖς,
Πάγασον ζεῦξαι ποθέων, ἔπαθεν,
Πρίν γέ οἱ χρυσάμπυκα κού-
ρα χαλινὸν Παλλὰς ἤνεγ-
κ'· ἐξ ὀνείρου δ' αὐτίκα
Ἦν ὕπαρ· φώνασε δ'· εὕδεις,
Αἰολίδα βασιλεῦ;
Ἄγε φίλτρον τόδ' ἵππειον δέχευ,
Καὶ Δαμαίῳ μὲν, θύων
Ταῦρον ἀργὸν, πατρὶ δεῖξον.

Σ. δ'.

---

utramque partem pugnarum facere finem, alteri quidem cum progenie cari Atrei, Helenam repetentes; alteri vero [in Trojanorum agmine] omnino resistentes; ex Lycia enim Glaucum advenientem timuerunt Danai: adversus quos quidem gloriabatur, in urbe Pirenes patris [Bellerophontis] regnum et magnas opes esse ac domum avi sui,

[*Epod.* 3.] qui serpentigeræ filium olim Gorgonis Pegasum circa fontes frænare cupiens, multa sane pertulit ante, quam ei aureis-phaleris-ornatum frænum virgo Pallas attulit: ex somnio autem statim [ille] evigilavit. Dixitque [Dea:] Dormis Æolide rex? Age delinimentum hoc equestre accipe, et Domitori illud sacrificans taurum nitidum patri [Neptuno] offer.

Digitized by Google

Hi (1) belli optantes finem cum sanguine cato
Atrêi Lacænam reddier
Una instant stragesque serunt; denso actitet (2) illi
Contra repugnant agmine.
At Glaucum Lyciis egressum finibus omnis
Grajûm perhotrescit cohors
Grandia portantem vultu dictisque, quod amplum
In urbe Pirênes (3) potens
Cum vastis opibûs aulæque decôre supetbæ
Regale sceptrum strenui
Tractet (4) avi, anguînis qui quondam horrente capillis
Natum Medusâ (5) Pegasum
Edomitum cupiens sibi subdere fontis ad oras
Ante aspra multa pertulit,
Distinctis auro phaleris quam nobile frenum
Tritonis atdenti daret.
Adstitit in somnis olli manifesta repente,
Dixitque præsens lenius:
Dormîs, Æolidê princeps? age cordis equini
Lenimen hoc certum cape,
Et Patri (6) donum Domitori ostende litatâ
Tauri nitentis hostiâ.

Sic

(1) Horum, qui pro Græcis contra Trojam iverunt, dux fuit Euchenor, ut in Homero legimur.
(2) Glaucus Lycios pro Trojanis duxit. Fuit is Corinthius a majoribus, et habitavit in Lydia.
(3) Fons Corinthi, qui urbem rigat, quique hic adhibetur pro urbe ipsa.
(4) Bellerophontis.
(5) Equum a sanguine ortum Medusæ, quam Perseus obtruncavit.
(6) Neptunus verus pater Bellerophontis erat, Sisyphus autem ex opinione vulgi.

Σ. δ'. Κ. ιά.

Κυανωγὶς ἐν ὄρφνᾳ κεκτημένᾳ οἱ
Παρθένος τόδα εἰπεῖν
Ἔδοξεν. Ἀνὰ δ' ἔπαλτ' ὀρθῷ ποδί·
Παρκειμένου δὲ συλλαβὼν τέρας,
Ἐπιχώριον μάντιν ἄτμενος εὗρεν,
Δεῖξέ τε Κοιρανίδᾳ πᾶσαν τελευτὰν
Πράγματος, ὡς τ' ἀνὰ βωμῷ Θεᾶς κοιτάξατο νύκτ', ἀπ' ἐκείνου χρήσιος· ὅπποις τέ οἱ αὐτὰ Ζηνὸς ἐγχειραύνου παῖς ἔπορεν

Α. δ'. Κ. ιά.

Δαμασίφρονα χρυσοῦν. Ἐνυπνίῳ
Δ' ὡς τάχιστα πιθέσθαι
Κελήσατό μιν· ὅταν δ' εὐρυσθενεῖ
Καρταίποδ' αὐρᾷ Γεαόχῳ,
Θέμεν Ἱππείᾳ βωμὸν εὐθὺς Ἀθάνᾳ.
Πληροῖ δὲ Θεῶν δύναμις καὶ τὸν παρ' ὅρκον
Καὶ παρὰ ἐλπίδα κούφαν κτίσιν γ'. Ἦτοι καὶ ὁ καρτερὸς ὁρμαίνων ἔλαβεν
Βελλεροφόντας, φάρμακον
Πραῢ τεύχων ἀμφὶ φένυ,

Ε. δ'.

[*Str.* 4.] Cæruleum-scutum-gerens noctu dormienti ei Virgo talia dicere visa est. Exsiliit autem recto pede, adjacensque quum arripuisset prodigium, indigenam vatem gaudens accessit aperuitque Cœranidæ [Polyido] omnem eventum rei, quomodo ad aram Deæ dormiisset noctu, ex ipsius [vatis] monito; quomodoque sibi ipsa Jovis fulminatoris filia dederit

[*Ant.* 4.] ferociæ-domitorem aureum. Somnio vero quam celerrime parere jussit [vates] ipsum, et, postquam præpotenti robustum-pedibus taurum mactasset Neptuno, exstruere equestri aram statim Minervæ. Perficit vero Deorum potentia etiam ultra jusjurandum et spem leve opus. Jam sane fortis alacri animo prehendit Bellerophon, remedium mite intendendo circa maxillas, equum alatum.

Digitized by Google

Sic illum alloquitur sopitum nocte nigranti
Virago gaudens Ægide.
Exilit is recto pede concitus, atque micantis
Juxtâ prehendens muneris
Prodigium dexttâ, indigenæ petit Auguris ædem,
Et anxius (1) Cœrânidæ
Eventûs seriem simul omnem narrat, ut aræ
Dormisset affusus Deæ
Per noctem monitis parenti corde, Jovisque
Armati, ut hastâ, fulmine
Nata sibi formidatos donasset equorum
Aurum refringens impetûs.
Tum properê data visa sequi jubet Augur, et alris
Pedum valentem viribus
Rite supinatum retro mactare juvencum
Amplæ coercenti sola
Telluris Domino, vivoque e marmore equestri
Aram Minervæ ponere.
Quod nunquam fore quis credat juretque, Deûm vis
Labore nullo perficit.
Sic ope Bellerophon divinâ fortis et audax
Invadit alati feros
Artûs quadrupedis, mâlas utrinque potenter
Constringit, et magam implicat

(1) Polyido Cœrani filio vati et auguri rem totam narrat.

Ε. δ'. Κ. ιά.

Ἵππον πτερόεντ'. Ἀναβὰς
Δ' εὐθὺς ἐνόπλια χαλκωθεὶς ἔπαιζεν.
Σὺν δ' ἐκείνῳ καί ποτ' Ἀμαζονίδων
Αἰθέρος ψυχρᾶς ἀπὸ κόλ-
πων ἐρήμου τοξότιν βάλ-
λων γυναικεῖον στρατόν,
Καὶ Χίμαιραν πῦρ πνέουσαν,
Καὶ Σολύμους ἔπεφνεν.
Διασιγάσομαι αὐτῷ μόρον.
Τὸν δ' ἐν Ὀλύμπῳ φάτναι
Ζηνὸς ἀρχεῖαι δέχονται.

Σ. ἑ. Κ. ιά.

Ἐμὲ δ', εὐθὺν ἀκόντων ἵεντα ῥόμ-
βον, παρὰ σκοπὸν οὐ χρὴ
Τὰ πολλὰ βέλεα χαρτύνειν χερῶν.
Μοίσαις γὰρ ἀγλαοθρόνοις, ἑκὼν
Ὀλιγαιθίδαισίν τ' ἔβαν ἐπίκουρος
Ἰσθμοῖ, τά τ' ἐν Νεμέᾳ. Παύρῳ δ' ἔπει θή-
σω φανερὰ ἀθρεῖ· ἀλα-
θὴς τέ μοι ἔξορκος ἑπέσ-
σεται· ἑξηκοντάκι γὰρ
Ἀμφοτέρωθεν γ' ἀδύγλωσ-
σος βοὰ κάρυκος ἐσλοῦ.

Α. ἑ.

[*Epod.* 4.] Ubi adscendit vero, statim in armis æratus ludebat. Cum illo autem etiam olim Amazonidum, aeris frigidi e sinibus deserti, sagittatorem jaculis-petens muliebrem exercitum; et Chimæram ignem spirantem et Solymos interfecit. Reticebo ejus mortem. Equum autem in Olympo præsepia Jovis antiqua tenent.

[*Str.* 5.] Me autem rectum jaculorum mittere decet turbinem, nec præter scopum multa jacula firmis contorquere manibus. Musis enim pulcrithronis Oligæthidisque adjutor libens veni in Isthmum Nemeamque. At brevi sermone faciam manifesta multa, veraxque mihi jusjurandum aderit. Sexagies enim utroque in certamine dulcilinguis vox præconis victoriæ iis audita est.

Ori blanditiam. Dorsum conscendit ahenis
Instructus armis, lusitat
Et salit instantis simulans præludia belli
Et hostibus parat minas.
Nubivago jam vectus equo muliebre nivalis
Desertâ in (1) orâ frigoris
Agmen Amazonidum pharetrâ telisque timendum
Perrumpit incumbens super;
Jam Solymos (2) petit ac sternit, flammæque Chimæram
Exstinguit efflantem globos.
Fata (3) silens mitto. Sonipes antiqua Tonantis
Cælo incolit præsepia.
Sed me tantarum jaculantem in turbine rerum
Haud pluta fas est spicula
Extra orbem audaci nimium vibrare lacerto;
Quippe aureo sedentibus
In solio Musis socius fidusque minister
Vêni parato carmine
Fortia postgenitis (4) Oligæthi extollere gesta,
Quæ sacro in Isthmi litore,
Et Nemeæ sunt visa sinu. Multa eloquar ergo,
Paucisque præpandam notis
Verum juratus Nam dulciter ore sonanti
Adepta utrinque præmia
Sex decies præco clamavit et intulit astris.
Pisæ triumphales ego

(1) In frigida Scythia.
(2) Populos inter Lyciam et Pamphyliam.
(3) Excussus equo fuit Bellerophon, et equus relatus inter sidera.
(4) Oligæthidæ Corinthiæ Tribus erant, ex qua Xenophon fuit progenitus Oligætho quodam auctore generis.

Α. ἐ. Κ. ἰά.

Τὰ δ' Ὀλυμπία αὐτῶν ἔοικεν ἤ-
δη πάροιθε λελέχθαι.
Τά τ' ἐσσόμενα τότ' ἂν φαίην σαφές·
Νῦν δ' ἔλπομαι μέν· ἐν Θεῷ γε μάν
Τέλος· εἰ δέ δαίμων γενέθλιος ἔρποι,
Διὶ τοῦτ' Ἐναλίῳ τ' ἐκδώσομεν πρᾶσ-
σειν. Τὰ δ' ἐπ' ὄρρυϊ Παρ-
νασσίᾳ, ἀμφ' Ἄργεί θ' ὅσ-
σα, καὶ ἐν Θήβαις, ὅσα τε
Ἀρκάσ' ἀνάσσων, μαρτυρή-
σει Λυκαίου βωμὸς ἄναξ,

Ε. ἐ. Κ. ἰά.

Πελλάνα τε, καὶ Σικυών,
Καὶ Μέγαρ', Αἰακιδᾶν τ' εὐερκὴς ἄλσος,
Ἀ τ' Ἐλευσὶς, καὶ λιπαρὰ Μαραθών,
Ταί θ' ὑπ' Αἴτνας ὑψιλόφου
Καλλίπλουτοι πόλιες, ἅ τ' Εὔ-
βοια. καὶ πᾶσαν κατὰ
Ἑλλαδ' εὑρήσεις ἐρευνῶν
Μάστορ', ἢ ὡς ἰδέμεν.
Ἀλλὰ κούφοισιν ἐκνεῦσαι ποσὶν
Ζεῦ τέλει, αἰδῶ διδοὺς
Καὶ τύχαν τερπνῶν γλυκεῖαν.

ΠΙΝΔ.

[*Ant.* 5.] Gesta autem Olympiæ eorum videntur jam antea dicta esse; futuraque tunc dixerim aperte. Nunc autem spero equidem; verum penes Deum est eventus. Si vera fortuna enngenita porro adest, [perstet,] Jovi hoc Martique relinquemus efficiendum. At in jugo Parnasio, Argisque quam multæ Thebisque, quamque multæ inter Areades [victoriæ!] moderatrix [ludorum] testabitur Lycæi Jovis ara regina.

[*Epod.* 5.] Pellanaque et Sicyon et Megara Æacidarumque bene-septus lucus, Eleusisque, et opulenta Marathon, subque Ætna altijuga divitiis-florentes urbes, et Euboea. Et totam per Græciam invenies inquirens plura quam quæ recognoscere possis. Sed ut levibus exeant pedibus, [ut felici successu utantur tribules Oligæthidæ,] o Juppiter, facito, modestiam tribuendo et fortunam victoriarum dulcem.

Digitized by Google

Jam cecini palmas: îdem, cum venerit hora,
Laudes futurarum dabo.
Credula spes vatem mulcet. Verum omnis ab uno
Fortuna pendet Numine.
Natalis nova si Genius velit addere, (1) Marti
Credemus et Jovi exitum.
Quot prope Parnasi collem, Thebisque renident
Argisque et inter Arcadas
Acceptæ frondes! Testis Jovis ara Lycæi
Regina virtutum memor,
Testis Pellênê (2), Sycion, Megareïa tellus,
Saxoque candenti nitens
Æacidûm lucus, Marathonque opulenta, marisque
Præcincta Eleusis fluctibus,
Et, quæ sublimi findentem vertice nubes
Prospectat Ætnam (3), Civitas
Divitiis radiata suis; quæque annua solvit
Eubœa Neptuno (4) sacra.
Hellada lustranti totam mage grandia, et omni
Majora visentur fidê.
Da pede securo vitam decurrere genti,
Et dignitate, Juppiter,
Virtutis florere suæ, plenoque potiti
Felicitatis gaudio.

(1) Fuit forte Mars, ut Heynius conjicit, præcipuo tribulium honore cultus.
(2) Pellene urbs Achaiæ, Sycion Bœotiæ, Megara urbs inter Peloponnesum, Atticam et Bœotiam, et Æacidum lucus Oenone est, quam Æacus a matre Ægina denominavit Æginam.
(3) Nempe civitas Syracusana ad Ætnam sita.
(4) Gerestia, quæ cives Eubœæ Neptuno promiserunt, ut ad Gerestum promontorium orta tempestas sedaretur.

Digitized by Google

OLYMPICÆ DECIMÆ QUARTÆ

ARGUMENTUM.

OLympiade septuagesima sexta Asopichus Cleodemi filius, Minyæ Orchomeni in Bœotia civis, inter pueros cursu Victor hac Ode elegantissima novum suæ a poeta accipit victoriæ decus. Tenera et formosa ejus ætas et patriæ antiquus splendor materiam laudis suppeditant commendatam Gratiis, quas Orchomenii jam inde ab ultimis temporibus in fano religiosissimo colunt. Has igitur puerorum præsidet et pulcritudinis omnis virtutisque et jucunditatis hominibus Diisque ministras Pindarus invocat, ut sibi sapientem, formosum et fortem canenti Puerum admoveant aures et argumento faveant, quod minime vulgare est ac Deas decet. Celebrat autem, ut optime clarissimus Stellinius animadvertit, earum dona obliquo laudis genere signans Asopichum, qui illa possidet. Nam qui rei alicujus largitorem laudat, rem ipsam credit esse datam; quique virtutem aliquam coram aliquo prædicat, eam teneri pro certo habet ab eo, qui audit et laudi ipsi causam præbuit. Quorsum illa Gratiarum laus, cum laudandus esset Asopichus, nisi alumno suo sua munera ipsæ dedissent? Dedisse vero ea illi liquido constat ex victoria, quam puer retulit forma insignem et splendore virtutis. Thaliæ certe dono poeta victricem Olympicam esse Asopichi patriam declarat, ut Victoris gloria, tanquam res publica et ad omnes pertinens, majore eluceat cum dignitate, et ipsa Orchomenus vetustate originis, ubertate soli et equorum pulcritudine nobilis suam sciat immortali triumpho se cumulasse præstantiam. Lydiæ porro harmoniæ, quæ mollis erat et idonea pueris, ut Aristoteles docet, aptat hymnum Pindarus Victoris pueri ætatem indicans primo in

flore

flore ridentem; cumque latum exstincto patri Cleodemo ferre nuntium ipse non possit, Famam mittit ad Inferos, qua præstantissimum illi a filio partum honorem referat in palæstra Olympia, cujus claritudo ludos ceteros omnes sua luce vincit et obruit.

ΠΙΝΔ. ΟΛΥΜΠ.

εἶδος ιδ'.

ΑΣΩΠΙΧΩ ΟΡΧΟΜΕΝΙΩ

παιδὶ σταδιεῖ.

Εἶδος μονοστροφικόν.

Σ. ά. Κ. ιή.

Καφισίων ὑδάτων λαχοῖ-
σαι αἵ τε ναίετε καλλίπωλον ἕ-
δραν, ὦ λιπαρᾶς ἀοίδιμοι βασίλειαι
Χάριτες Ὀρχομενοῦ,
Παλαιγόνων Μινυᾶν ἐπίσκοποι,
Κλῦτ', ἐπεὶ εὔχομαι·
Σὺν γὰρ ὑμῖν τὰ τερπνὰ καὶ τὰ γλυκέα
Γίνεται πάντα βροτοῖς·
Εἰ σοφός, εἰ καλός, εἴ τις ἀγλαὸς
Ἀνήρ. Οὔτε γὰρ Θεοὶ
Σεμνᾶν Χαρίτων ἄτερ
Κοιρανέοντι χορούς,
Οὔτε δαῖτας· ἀλλὰ πάντων
Ταμίαι ἔργων ἐν οὐρανῷ,
Χρυσόθρονον θέμεναι
Παρὰ Πύθιον Ἀπόλλωνα θρόνους,

Αἴνεσον

OLYMP. XIV.

[*Str.* 1.] Cephisiarum aquarum quæ colitis pulcris-equis-claram sedem, o divitis celebres reginæ Gratiæ Orchomeni, antiquorum Minyarum præsides, audite dum preces fundo. Per vos enim jucunda et dulcia eveniunt omnia hominibus, ut sapiens, ut bonus, ut quis splendidus vir sit. Neque enim Dii venerandis absque Gratiis moderantur aut choros aut convivia: sed omnium dispensatrices, quæ fiunt

in

OLYMPIA.

ASOPICHO ORCHOMENIO.

STADII CURSORI INTER PUEROS.

ODE ALCAICA XIV.

VOs o, superbam quæ nitidis equis
Sedem tenetis, qua vitreâ fluit
Cephisus undâ, vos feracis
Orchomeni (1) celebres et almæ
Reginæ, avitum quæ Minyæ genus
Fido beatis numine, Gratiæ,
Audite, dum vestros volutus
Ante pedes pia vota fundo.
Nam cuncta vestro munere gentibus
Jucunda manant, si Sophiâ valens
Est quis, vel altis lucet ausis,
Vel roseam gerit ore formam.
Ni terna præsens Gratia riserit,
Non rite festos Dii celebrant choros,
Non splendidis de more mensæ
Deliciis hilares recumbunt.
Agenda cælo scilicet omnia
Pendent ab illis, quæ prope (2) Pythium
Apollinem telis, et auri
Conspicuum radiantis arcu
Pulcris sedentes in soliis nirent,

Pa-

(1) Orchomeni a Minyæ filio dictæ. Nam plures aliæ Orchomeni aliis in locis erant. Hæc autem a Cephiso fluvio rigabatur dedicata Gratiis.

(2) Juxta Apollinem habere thronos dicuntur Gratiæ, quia Delphis ad dextram ejus Numinis collocatæ erant.

Α'έναον σέβοντι πατρὸς
Ο'λυμπίοιο τιμάν.

Σ. β'. Κ. ιζ'.

Πότνι Α'γλαΐα φιλησίμολπέ
Τ' Εὐφροσύνα, Θεῶν κρατίστου παῖδες,
Ε'πάκουσον νῦν, Θαλία τε ἐ-
ρασίμολπε, ἵδοισα τόνδε
Κῶμον ἐπ' εὐμενεῖ τύχᾳ
Κοῦφα βιβῶντα· Λυδίῳ γὰρ
Α'σώπιχον ἐν τρόπῳ
Ε'ν μελέταις τε ἀοιδῶν
Μόλον· οὕνεκ' Ο'λυμπιονίκας ἀ Μινύεια
Σεῦ ἵκατι. Μελαντειχέα δόμον
Φερσεφόνας ἴθι, Α'χοῖ,
Πατρὶ κλυτὰν φέροισ' ἀγ-
γελίαν, Κλεόδαμον ὄρρα ἰδοῖσ', υἱ-
ὸν εἴπῃς ὅτι οἱ νέαν
Κόλποισι παρ' εὐδόξοιο Πίσας
Ε'στεφάνωσε κυδίμων ἀέθλων
Πτεροῖσι χαίταν.

---

in cælo, aureo-arcu-insignem habentes juxta Pythium Apollinem thronos, sempiternum colunt patris Olympii honorem.

[*Str.* 2.] Veneranda Aglaja, cantuumque-amans Euphrosyne, Deorum summi filiæ, exaudite nunc, tuque, Thalia cantuum-amans, conspicata hanc chorealem pompam ob propitiam [victoriæ] sortem leviter incedentem. Lydiis enim Asopichum modis carminibusque ut celebrarem veni: quoniam Olympica-victrix Minyea [Orchomenus] per te est. Ad atram domum Proserpinæ ito, o Fama, patri celebrem adferens nuncium, Cleodamum ut conspicata, filium [ejus Asopichum] referas juvenilem sibi ad recessus illustris Pisæ coronasse inclitorum certaminum alis [præmiis in sublime efferentibus] comam.

Digitized by Google

Patrisque sanctum numen Olympii,
Et sempiternum continenti
Obsequio cumulant honorem.
Augusta votis, Agläiê, admove
Mentem benignam, nec renuas tuum
Audire vatem, lætioris
Euphrosynê (1) studiosa cœnæ,
Summi Deorum Principis inclytæ,
Dulcesque Natæ. Tu quoque cantibus,
Thalia, quæ gaudes, adesto
Mi facilis, choreæque regem
Hymnum sereno prospice lumine,
Qui Sortis ardens fertur in auteâ
Sublime pennâ. Nam laboris
Arte novâ, numerisque (2) Lydis
Mulcente sensûs carmine Asopichi
Efferre vêni nomen, Olympicum
Quod inde victrix te favente
Urbs Minyæa refert triumphum.
I, Fama, et atris mœnibus obsitam
Ingressa furvæ Persephones domum,
Simul silentes inter umbras
Ante oculos (3) Cleodêmus adstat,
Dic læta patri protinus, ut sibi
Splendente Pisæ filius in sinu
Victoriæ (4) alatâ capillum
Ambierit juvenem coronâ.

---

(1) Ex Pauwii conjectura, qui legit hic: φι-λαοιδόρε cœnæ amans, ut iteratio tollatur.
(2) Harmonia Lydia erat omnium suavissima et idonea puetis.
(3) Asopichi pater.
(4) Alia victoriæ, quibus Athleta in sublime fertur.

VAT 1554291